ex italia iuito milite i fraciã demigraret.¶Curauit de ide sũnopere ipator oppressas p superiores cõtentiões ecclesias istaurare: debitoq; ritu atq; cerimo n ijs venęrari. Neq; omittit grassatores & viarũ obsessores pœna afficere. Inter condẽnatos fuere ebo cõiuratorum con scius & agobertus lugdunẽsis primas qui tertio ab ipe= ratore vocat⁹ ipata nõ fecerat. Dũ hęc gerunť iudith ꝓuida mulier ex regis ętate ad monita primores aulicos adit: consulit de caroli filij futura cõditõe si vita forte defungereť ipator. Tris filios regi superesse grandeuos mẽorat: hũc vnũ carolũ adolescenteȝ esse cui nihil ter= rę p̄r hacten⁹ cõtulisset. Nisi supstite ipato re alter ex fi= lijs caroli ei⁹ curã recepit se vna cũ filio pessuȝ iri. Ora= re igiť illos metri filioq; boni cõsulãt. Proceres iustis re ginę pcib⁹ adducti rñdẽt vnũ ex regijs liberis lothariũ qui ad hãc tutelã idone⁹ eẽ videať Ludouic⁹ de hac re a regina ꝓceribusq; admonit⁹ cũ iterim a lothario nũ= cij ad eũ venissent / re quã petebãt cõfecta ipator nun= cijs iperat / lothariũ horteť ad eum venire sui cõmodi cã. Sȝ p̄r i pere morbo occupat⁹ lothari⁹ nõ potuit. Re= cepta sanitate cũ venire differret / nũciať ipatori lotha riũ ecclie libertates & ꝓuẽtuũ iura violare: sibiq; rapere q̃ ad romanã sedeȝ ptinerẽt. Eã ob rẽ supra q̃ credi põt idignat⁹ ipator ad lothariũ pgere nuncios nulla mora iterposita cõpellit. Per eos filio mãdat meminerit iura menti quo se (cuȝ regnũ italię adipisceretur) obstrixit. tueri scȝ atq; cõseruare ecclesie romanę ditionẽ. Idcir= co dedecere illũ oppssoreȝ ei⁹ eẽ cui⁹ tutelã i se recepis set. Restituat igiť quæ vel ipse vel sui abstulerit. Patris mãdata quæ de restituẽdis ecclesijs erãt se ipleturũ lo= thari⁹ ꝓmittit. Interi rebellentes normannos id est da= nos imperator bello domuerat. Quæ causa fuit q̃ obrẽ: italiam atq; vrbem vt constituerat adire non potuit. ¶Per id tempus cum aquisgrani ageret / vocatis ad se aulicorum primoribus Carolo iuniori filio portionem

Iudith regina prudens.

Sollicit⁹ ludouic⁹ de rebus ecclesie.

Normanni rebelles.

iperij dat: móxq; in cōcilio apud carisiū agēs pñte filio ludouico: carolū militari cingulo & regijs vestibus ornat: data illi neustria. Quibus isignib⁹ donis tametsi Iudith regina exultaret: nichil tñ firmū rata nisi filij cura: lothario cōmissa a patre esset: ipsa cū aulicis regē orat: id vnū potissimū curet. Nec multis se orare passu impator lothario mandat. Si caroli fratris sui ꝓcurationem tutelāq; nō recuset: ad se ꝓpere veniat: Neq; formidet ꝓpter ea que ipe male cōmisisset: pacato se aio i euȝ eē ita vt dimidia tuȝ illi iperiuȝ dare statuerit: bauaria tñ excepta. Hoc nūcio lęt⁹ loaltarius ad patreȝ vuarmaciam quę vangionū ciuitas est ꝓficiscit. Cōstitutis i cōspectu patris fratribus lothario dico & carolo adolescēte (iā, em pipinus mortē obierat: & ludouic⁹ bauariā possidebat) iperiū ad hūc moduȝ dispartit. Totū austrasię regnū a mosa flumine ad hūgaros vsq; ptingens lothario attribuit. Reliquū quod ad occidentē spectat carolo assignat. Hęc partitio assensu ꝓceruȝ & populi multi assistentis facta & cōprobata est. Deinde lothariuȝ monet iperator: caroli curā recipiat: adolescentiq; assit vt pater: & ad carolū cōuers⁹ tu inquit carole lothariuȝ vt patrem colito & diligito vt fratreȝ. ¶ Re cōfecta liberū lothario in italiaȝ redituȝ permittit. At ludouic⁹ bauarorū rex imperij distributioneȝ molesto animo ferēs incursare cœpit finitimas sibi germanię regiones. Sȝ in euȝ mouere vbi patrem intellexit: pronus ad imperatorē dodonaȝ se cōtulit. A quo ipetrata venia ad bauaros reuertit. ¶ Defuncto pipino aquitani audiētes carolū iunioreȝ ludouici filiū ex patris decreto cōstitutū francię regē / qdē pipinū quē pipin⁹ / relquerat ex se ꝓgnatū / regeȝ sibi habere student: pleriq; cōtra sentientes cēsebāt iperatoris expectare sententiā. Qua cōtrouersia p ebroynū pyctauorū antistitē iperatori relata: primorib⁹ aquitanię mādat ad se cabilonē ꝓficiscant: vbi cōuentū habere statuerat. Cōueniētib⁹ eodeȝ loco

Carol⁹ q postea caluus.

Ludouicus lothario carolo caluo hereditatē distribuit.

Aquitani ď cōstituēdo rege dissentiunt.

aqtanis magnaq; pceru multitudie: de statu ecclesie, primo deide de his q ad re publica ptinebat: postremo de aqtanię coditioe actu e: ita dissoluta cotioe: ludouicus claromote aruernię ciuitate petit. Vbi du de aqtanię reb9 cosultat: ecce ex alemania nucius defert ludouicu ex bauaria mouisse: adiuctisq; sibi saxonib9 & thoringis germanos iuasisse. Quo nuncio ludouicus adeo turbat9 est / vt ide graue pter seniu quo ipe cofect9 erat iualitudine cotraxerit. Nihilomin9 forti aio ipator copijs eductis aduers9 ludouicu cotedit. Traiecto rheno postq ludouic9 patre cu igenti exercitu adesse cognouit: p sclauones i bauaria se recepit. Impator vero que pmebat ęgritudo magutia venies tetoria sibi explica i isula ciuitati pxima iubet. Tata fuit morbi vis: vt mebris ppe oib9 defect9: p dies quadragita nullu neq; cibu neq; potu pter spirituale corpis & saguinis dni ciuiaticu ad alimetu accepit. Aderat egrotati pri lotharius: q ex italia vocat9 paucis an dieb9 venerat. Eo cora posito suppellectile sua oes afferri sibi rex iperat: ea qde rone vt recesitis opib9 qd filijs reliquere: qd vo cęteris siue ecclesijs seu i opib9 & palatinis disptiri posset itelligeret. Lothariu corona aurea & ense quo i plijs vtebat donat. pcipitq; vt iudith regina venerer: caroli amicitia seruet: ne drelicta sibi regni fracoru hęreditate qcq detractet. Ludouico aut bauaro taetsi mediocriter succeseret offesam / tn pi9 pr remisit. Fuerut ipatoris extrema oia religiois atq; fidei plena. Tade sub ips i ppe aie exitu: ad fenestra couers9 abite inqt abite Hac voce pleriq; eoru q aderat iterptati sut dicta ee demonio qd cuiq; morieti apparere xpiana fides tradit. Mox i altera se pte versas: rideti sibi vita efflauit duodecio Ka. iunij. ano xpianę pietatis octigentesimo qdragesimo. Cadauer in monumetu hildegardę matris quod mettis erat lugubri popa illatu est postq anos. lxxiiij. vixisset. Eius mortem cometa pręcesserat. Et sol passus est eclipsim

Ludouicus pius egrotat.

generalē. ¶ Eiusdem cōpendij. Liber quītus incipit.



Einceps q̄ sit īperij & regnorū pricipib⁹ fides seq̄ns narratio mōstrabit. Sublato e vita ludouico pio lothari⁹ & ludouic⁹ bauar⁹ i carolū īsurgūt. quē nobiliori prīnę possessiónis pte īstitutū heredē eē dolebāt. Augebat īdignationē q carol⁹ posteriore prīs vxore nat⁹ par illis in capiēda hereditate fact⁹ esset. Itaq; exercitū q̄maximū q̄sq; pōt cōparat. Ea re cognita carol⁹ cōsilio a francis pceribus capto. cū eos ad id bellū paratissimos fore cognouisset: nūeroso exercitu collecto aduers⁹ hostes (q̄ iā apd fōtanetū altissidorēsis agri vicū castra hēbāt) nō fracto aīo pgredit. In cōspectu hostiū cū venisset quia pridie esset dn̄icę ascēsiōis carol⁹ ratus hoste; festo die quieturū: negligentius suos agere pmisit. S; īstructi ad pugna; fratres: acies pducūt. Carol⁹ īopinato licet cōgressu paululū cōmot⁹: suos tn̄ viriliter hortat. nec territ⁹ miles irruētē ī se hostē ferociter excepit: fit pugna atrox atq; diurna. In ea lōge plēs ex vtroq; exercitu ceciderūt; q̄ apud francos vno plio occubuisse vsq̄ lectum sit. Na; tāta adhoc bellum ex orbe xp̄iano diuersarum partium studio copia cōfluxerat; q̄tam magna pars europę vix cogere in vnam aciem potuisset. Cędes pcul dubio ea fuit: vt a victo nō lōge dissimilis victor esse putaret. Carol⁹ tn̄ fugientib⁹ fratrib⁹ superior euasit. Quīne se colligēdi spaciū hostī eēt: īpe victorē exercitū aduersus lothariū qui aquisgranū se receperat paucis castris educit. Accepto caroli aduētu lotharius recepta vxore lugdunū cū suis se liberis cōfert. Quē mox ludouic⁹ cōsequit. Inde viēnā cōmigrāt. Est ī flumie rhodano nō pcul a ciutatie īsula. In ea cōsiliū de reb⁹ ad se pertinētib⁹ capiūt. Eunt vltro citroq; ad reges legati de cōcordia pręcepta ferētes. Ei⁹ cōcordię formula

Bellum īter frēs ludouici pij heredes.

Carolus caluus victor.

hęc fuit. Lothario austrasia oīs:atq; ꝓuīcia cū portio= ne terrę quā ab eo postea lotharigiam appellataȝ esse quidaȝ putant:cū īperij dyademate ī partē venit ludo uico germania ī qua bauari sūt/Carolo regnuȝ francię ab occeano britanico ad mosā vsq; relinquit. His ad hūc modū conuentis lothari⁹ siue pœnitudine pecca= torū:siue tedio presentis vitę permotus distributa fili= js:quos tres habebat hereditate:religionem apud pru= niam in eyflia ꝓfitetur. Ludouicus grandior natu, ita= liam adeptus est. Lotharius austrasiam accepit. Carolo cessit prouincia cuȝ parte terrę burgundię. Quo post oc ctauuȝ inde annuȝ defuncto:lothari⁹ burgundiā:ludo uicus ꝓuīciaȝ obtinuit. Hic lotharius est qui contra ec clesiasticas leges duas pariter vxores galdradam & te bergā altera dimissa pertinaciter habere nitebatur. Cu= ius errori duo pōtifices teugaldus treuereñ. & gūtarius colonieñ. patrocinabanť quos ꝓpterea graues pœnas fuisse & dignitate priuatos certuȝ est. Lothario aūt eaȝ ob rē ad pōtificē romanuȝ ꝓfecto dira sors accidit. Nā inde cū domuȝ repetit apud placentiā lōbardię vrbem ęgrotās amētiā īcurrit:mutusq; effect⁹ est:nec diu po= stea vixit. Sepelitur a suis:& in tēplo diui antonini qđ ciuitati ꝓximuȝ erat humať. Nunc vero aucta ciuitate tēplū muro vrbis cōtineť:& religiosis priuilegijs mul= taq; veneratiōe celebre est ¶ Inter hęc siluanecti agēs carolus qui caluus postea dictus est nuncio de lotharij nepotis sui morte audito metti citus cōtēdit:vbi ī diui stephani tēplo morte regū vnct⁹ rex austrasię appellať. Quę res ludouico īdignissima visa est:q; se veȝ post ha bito lotharij oēȝ successionē carol⁹ accepisset. Ea ꝓpter plegatos romani pōtificis:austrasię regni ī collis īhibet Carolo obedire:aut de Lotharij regno qcq̄ sibi detra= here:alioqn īterdictū illi iri cōione xp̄iana. Quę pœna sicuti grauis ita ignominiosa xp̄iano est:hāc pōtifices excōicationē appellāt q; is cui irrogať e cōione & cōtu

Lotharigia.

Lōthari⁹ mōach⁹ efficitur.

Lothari⁹

Carol⁹ regnum austrasię vsurpat.

Excōicatio

bernio hoim eiect⁹ sit. Id postq̄ min⁹ ꝓcedere Ludoui cus itelligit vi atq; armis agere tētat. ❡Interi carolus cū nouiomi esset: richentez quā pri⁹ pellicē habuerat/ vxorē scdm ritū ecclesie accepit. ❡Per id tps rorit⁹nor

Roritus normam norū pri= ceps.

mānorū princeps in amicitiaz regis venit. Cū antea se guinus burdegale/ & xantonū comes a normānis fuis= sent occisi/ & magna a quitanię ps vastata. Quo fere tpe apud lemouicas Canonici diui martialis relicto se= culari habitu se ad monasticaz vitaz cōuerterūt. Cete=

Cenobi= te sancti martini.

rū diui martini cœnobitę qui multis opibus apud turo= nos elati viuebant reiecto mōachali indumento sese in ritū cleri secularis deformarūt. Cui⁹ temeritatis mox pe nas luerūt/ missa i eos cęlit⁹ pestilentia qua p noctez ex tincti sūt oēs p̄ter vnū vedastū qui i numerū sctōrū re= lat⁹ est: & noi ei⁹ sacellū dicatū. Ex nouiomo aqsgranū carolo repetenti ludouic⁹ p nūcios mandat nisi regno quod lotharij fuerat egrediaf: illū se inde ꝓpe diez eie=

Victoria de vuan= dalis.

ctūrū. In re ancipiti legati vtinq; cōueniūt iurant: ꝓ suo qq; pricipe ea firma pmāsura de quib⁹ ad pacē iter eos cōueniret. Sz paulopost cū dę vuādalis ludouic⁹ victo riā habuisset. duce eorū capto: legatorū pacta atq; iusiu randū neglexit. Id eīn plerisq; principib⁹ vsu venit: dū suis reb⁹ timent: iureiurādo multa polliceri: mox vero tergiuersari si arridētiore fortuna iuuenf. Tādē crebris legatiōib⁹ pactū extitit: vtrūq; regez ad arbitros cōten

Concor= dia de re gno au= strasię. altera de regno cō tentio.

tionez referre: & qd illi definirent stabile māsurū. postq̄ de cōtiōis loco cōpositū ē: dū apd flametū ludouic⁹ di uersaf cęnaculi tabulū carie & vetustate detritū i regē atq; aulicos quosdā decidit/ quo lapsu ludouic⁹ vulne= rat⁹ ē. Solidato vulnere aqsgranū se cōtulit. Inde coeūti b⁹ ad. xv. Kalēdas augusti regib⁹ de ptiēdo austrasię re gno cōuenit. Discretaq; ē certis limitib⁹ portio q̄ singu los cōtigebat. Hūc exitū habuit orta de regno iter fr̄es cōtentio. Sz nō vno se ipetu fortuna cōtinet. Ecce ad= uers⁹ istauratāz caritātē belli motus ab italia nunciatur

Repetēte austrasiā ludouico: cui lothari⁹ prī italiam tradiderat. & iā esset a sergio scdo pōtifice iperator appellat⁹. Missi de re ipsa a pōtifice adriano atq; ab iperatore nūcij ad ludouicū germaniæ regē: ad Carolū caluū Ludouici iussu remittunt. Quib⁹ auditis. & si mandatorum seueritate Carolus moueret: ꝙ se i audito ptem austrasię reliquere iuberet: ad pōtificis tn̄ legatos suos nūcios adiūgit q pontificem cōueniāt. Inuenio ludouicū germaniæ regem veniēte i gallias ēgeberga: id restituisse impatori qđ de lotharij regno recepat. Carolū vero ab ēgeberga vocatū nō obediuisse / s; summope curasse vt carolo quē ex priore vxore hermecota susceptū ecclesie sacris addixerat puniret. Hic eñ carlo hoim pditorū suasu pessimis facinoribus se iqnabat: oīa quoquo versum iret p̄datus. Quē i viculis emendatiōis spe diu hitū: atq; ide relaxatū cū nō resipisceret dyaconi gradu amotū oculis priuauit. atq; i mōasterio corbiēsi custodiendū mādauit. Qui postea duorū pseudo monachorum nixu (hortāte Ludouico germaniæ rege) eductus ad ip; ludouicū pfugit. Hæc cōtigerūt agente carolo i expeditiōe quā aduersus normānos q ādegauiā vrbe; circūsederāt habebat. Nec tn̄ rem a se susceptam omisit. Normānos qui iā ciuitate potiti eēnt circūuallat: adiutore salomone britonū duce qui suppetias carolo ferebat. Pressi dura obsidione normāni eas cōditiōes pacis quas carol⁹ dixit (datis obsidib⁹) acceperūt. Relicta libera ciuitate: petūt normāni liceat illis isula; q̄ pxie erat ad paucos dies icolere: ibiq; cōmeatu iuuari. Interi q iter illos xp̄iani erāt posse ad regē reuerti: q vero paganismo relicto fidem xp̄i pfiteri vellent: eos quoq; nō respuendos. Cęteri quib⁹ idura tū cor eēt: suas sedes nulla mora repeterent. ¶ Reb⁹ ad hāc formam cōpositis cū i silua; arduenna; venatū abijsset de ludouici ipatoris sui ex frē nepotis morte nūcium accepit. Quare richente; vxore; siluanectū mittit; ludouicū fi=

Carlo diaconus fact⁹ apostata / carcere custoditur.

Normanni apđ andegauia; obsessi.

liũ ĩ eã austrasię ptẽ q̃ a lotharij decessu sibi obuenerat
ꝓficisci mãdat.ipe supatis festinatiõe multa alpibus ĩ
lõbardiã cõtẽdit.Intereũdũ carol⁹ludouici germanici
filius iussus a pr̃e trãsitu ꝓhibere regẽ:cũ se frustra niti
ĩtelligeret ad Carolũ ꝓficiscit̃.Ea re cognita ĩdignat⁹
pr̃ alterũ filiũ cũ copijs mittit.Sʒ & nũero & virtute mi-
litũ ĩferior/ caroli potẽtiã nõ sustinẽs:pace data ad pa
trẽ exercitũ reducit.Quẽ receptũ ludouic⁹ p caroli ab-
sentiã ĩ frãcos duxit:dirisq; ĩcursiõib⁹frãciã vexat. Au-
dito ĩ italiã caroli aduẽtu:iohannes octau⁹roman⁹põti
fex missis ad eũ nuncijs romam ꝓpere vocat venientẽ
augustũ appellat/afficitq; ĩpiali dignitate. Digrediẽs
ide carolus rosymõ richẽtis vxoris freʒ italię ꝓponit:cõ
siliarijs viris atq; copijs quas voluit illi attributis. Cui
neptẽ quoq; suaʒ ludouici regis germani filium despõ-
det,In francaiʒ reuerso carolo ludouic⁹ germanię rex
vita decessit:relicto filio ludouico.Cui⁹decess⁹ causa fu
it carolo ĩfœlicis belli.nam pr̃e mortuo ludouicus ma-
gna saxonũ thorĩgorũq; delecta manu / nũcios ad ca-
rolũ patruelẽ mittit ei⁹amicitia oratum.Qua nõ ĩpetra
ta ad rhenũ castra ponit.Nec cũctatus carolus ad alte
ram rheni ripam ducto exercitu aĩm Ludouici explo-
rat:si legatis vtriq; missis rẽ gere velit: placuit vtiq; cuʒ
traditio.Sʒ dolo malo illectus ĩpator dũ viam pacis si-
mulat:agmẽ occulto & ãgusto itĩere seorsũ a castris lu
douici noctu festiare iubet:ratus occultis ĩsĩdijs ĩte rci
pe posse ĩprouisuʒ hostẽ.Fuerũt ea nocte cõtinuĩ ĩbres
qb⁹& nocturno labore grauatus miles p̃lio min⁹idone⁹
fuit.Fraude detecta ludouic⁹ ĩstructa acie diuersus ab
itiere quo hostis veniebat cõsistit.Irruẽtẽ ĩ se frãcũ tã-
ta vi excipit:vt ad aciẽ ĩ qua carol⁹erat cedere frãcos
cõpulerit.Atq; ita fugę se cõmittẽtib⁹frãcis:ĩpator quo
q; comes fuit q vero regias sarcias ferebãt ãgustia via
rũ & sepib⁹itercœpti occisi sunt:& ĩ ter eos cõplures il-
lustres viri ceciderũt.reliq ĩ man⁹agrestiũ hoiʒ ĩcidẽtes

Calu⁹ ĩ ita liã cõtẽdit.

Carol⁹cal u⁹ ĩpator.

Ludoui-cus impa-tor morit̃

Bellũ cõ-tra carolũ caluum in alemã-nia.

Dolo cal-u⁹ agit.

Carol⁹cal uus fugit.

ad nudū spoliati: ita vt ex thoris herbarū atq; aretis fœni manipulis tegumēta sibi cōsuerēt. ¶ Ei⁹ īfortunij tpe normāni sequanę hostium classe irrūpe tētabāt Aduersus quos misso cū exercitu comardo / Carol⁹ mādat cū normānis: qualēcūq; posset pacē hr̄e: nihilomin⁹ terraz oēz diligenter tueat̄: p̄sidijs pmunitissima q̄q; loca ipositis. Incidit p̄ter has turbas alia carolo nō pua sollicitudo. Grassabant̄ i cāpania sarraceni: quoruz aduentu territus, iohēs pōtifex romanus carolū admonet ecclesie opem ferat: pet carol⁹ & cōtractis copijs / vbi lōbardiæ fines attigit: adelgarus a pōtifice veniēs refert iohānē papiā aduenire ipatori obuiū: papię dū pōtifex ipator q; de rebus gerēdis cōsultāt: certiores fcti de carli ludouici filij cū igentib⁹ copijs aduentu papia abscesserunt: moxq; ipator romā pfect⁹ est. Rez hoc loco ridiculam narrabim⁹. Carol⁹ dū a carlo fugit: leui rumore carlus p territ⁹ (q ipator pōtificem comitat⁹ aduers⁹ se mouere dicebat̄) eadez qua venerat via i germaniā ipatorez fugiens cōtendit. Reb⁹ quarū gr̄a carol⁹ romā petierat ab solutis / febre aff.cit. Erat iude⁹ medic⁹ sedechias noīe ipatori ppter ei⁹ pitiā pfamiliaris: q vel religiōis xp̄iane odio (cui maxie ifensi iudei sūt) mot⁹ vel corrupt⁹ forte pecunia potionem carolo ppinādā miscet. Qua epota carol⁹ oīb⁹ membris ita defect⁹ est: vt aulicorū misterio i cubiculū delat⁹ duodecio post die mātuę interijt. Cuius dū corp⁹ exenteratū & multis aromatibus cōditum sui i frāciā efferre cupiūt: cadaueris putredinez ferre nō valentes: versell' ihūauert i diui eusebij martyris ęde anno lxxx.lxxviij. Vn̄ post ānū se ptinum exemptū in diui Dyonisij templum delatū est. Eius exhumādi cāz attulit archenger⁹ qdā apud diuū dyonisiuz cœnobita: & alphōsus eccl'e diui qntini viromādensis ęditus q sibi dū in suis ecclesijs pnoctāt carolū p qetez visū esse affirmauerīt eosq; admonuisse vt de tollendo ei⁹ corpe & i tēplo martyrū inhumādo regē filiū facerent sollicitū hac

Normān

Sarraceni in cāpania iohannes octau⁹ ad carolū Caluū papiā venit.

Ridiculū

Carolus caluus veneno a iudeo necatus.

Archengerus.

reuelatiõe fili⁹ rex excit⁹ p̃ris corp⁹ ex verſellis adſctũ Dyoniſiũ trãſferẽdũ curauit. ¶ Nihil ad rẽ pertinere ar bitror id qđ a plęriſq; ſcriptoribus mẽoriæ datum ẽ. Ca rolũ duce ãgelo pauloãte q̃ moreref ad iferos deductũ ſupplia vidiſſe miſeratũ aĩarum. Ardere valles: & altiſſi mos puteos pice & ſulphure. imixto plũbo efferueſcere: ibiq; plæroſq; ex ſuis p̃deceſſoribus reges ĩſpexiſſe: e pi ſcopos quoq; qui vel ad bella gerenda conſultores vel ad opprimendũ iniqs vectigalibus populũ auctores ex titiſſent. Eius rei viſuz lr̃is ipe mãdauit / poſteros admo nens iuſtæ moderationis ne aut male imperarẽt: neue vſurparẽt dñandi p̃tãtẽ. Ei⁹ certe caroli calui extãt pre clara & religioſa monimẽta. Nã diui cornelij cœnobiũ apud cõpẽdiũ extruxit vbi xp̃i ſudariũ qđ ex cõſtãtino poli ad ſe aduectũ erat repoſuit. Compẽdiũ eñ maxie amabat. ita vt a ſuo nomine carolopoli appellare cogi tauerit. Scti Dyoniſij tẽplũ magnis auxit, p̃uentib⁹ / & p̃ cioſiſſimis donarijs adornauit q̃ ad hoc vſq; tp̃s dilige ter aſſeruata viſuntur. Nec ignoro quoſdã ſcribere nun dinas q̃ in cãpo dyoniſſano añ Kalendas iunias fiunt ab hoc rege eſſe iſtitutas: de qua re quid ſentiã i Dagober ti geſtis ãnotaui. Circa hęc tp̃a Carolus primũ batauo rũ ſeu hollãdiæ comitẽ Theodericũ creaſſe legit. Eius regis ætate flãdria q̃ paucis tunc vicis atq; ędificijs or nata erat: & feris magis q̃ hoĩbus icolebaf: eiq; p̃ficieba tur a rege cuſtos q frãcorum ligua foreſtarius dicebaf: comitatus dignitatem hac occaſione accepit. Erat bal duinus andaqueri filius qui p̃rẽ defuncto cum in magi ſtratu fuiſſet a Carolo inſtitutus iudith regis filiã dũ ex anglia reuertif ſibi rape temerarius iuuenis auſus ẽ. Nu pſerat eñ adolafo ãglorum regi. Qui cum abſq; liberis deceſſiſſet / Iudith viro deſtituta i frãciã ad patrem re diens depræhenſa eſt / cui⁹ rei gr̃a caroli iuſſu coeuntes ep̃i balduinũ excõicatiõe p̃cellunt: At cũ nihilominus facti nõ pœniteret: cõſilio p̃cerum pſuaſus carolus per

Viſuz qđ carol⁹ calu⁹ vidit.

Flandriæ comitat⁹ initium.

mittit filiã balduino ĩ mřimonio copulari. Et de custo⸗ de flãdriȩ comitem balduinũ instituit. Plærũq; siqdem id euenit vt quæ pctã atq; iiurias facile vlcisci nõ pos⸗ sumus: eas alicuius dignitatis rõne assumpta ad gloriã perducamus. Ad hũc carolũ caluuʒ ortis in ãglia bellis iohãnes scot⁹ venit hõ græce erudit⁹. Vnde a caluo ro gatus diui Dyonisij ariopagitȩ de cælesti hierarchia li bros ad verbũ latinos fecit. Reuersus ĩ ãgliam & abelfre do rege liberaliter acceptus: ad melmesberiæ monaste riũ se cõferens dũ docẽdi officiũ gerit a discipulis cor⸗ reptus graphijs occisus est.

Balduin⁹ prim⁹ co⸗ mes flan⸗ driȩ.

Iohãnes scotus.



Vncio de caroli decessu accepto Ludouicus Balbus eius fili⁹ apud enderuillã agẽs regni pceres ad se ppropere vocat: quorũ beniuo⸗ lentiã & fidem regia munificentia demereri studuit. Richẽtem vero reginã ex italia redeuntẽ cum apud moymerum cãpaniȩ castellum cum multa nobili⸗ tate restitisse accepisset: aio conuentũ qd plamentũ frã ci vocãt lındi: missis vtriq; legatis compendiũ regina se cõtulit. Ibi ludouico pris testm̃ exhibet: proferens re gia ornamenta: gladiũ / dyadema / sceptrum aureum / q bus Carolum ĩstitutum hȩredem pr̃ moriens declaraue rat. His igitur regijs insignibus exceptis: suscipiendæ vnctionis gr̃a remorũ vrbem petit: quem Haymardus ei⁹ loci archiflamẽ coronauit. Anno salutis octigentesi mo septuagesimo octauo. Exactis ide paucis mensib⁹ sequanã traiecit: vbi godefridi filij hedonem comiteʒ castello quodã mulctauerant: & haymo Bernardi comi tis filius pdas agebat / & loca qdam sibi subegerat. Tu⸗ ronũ vsq; rege pfecto: godefrid⁹ amicorũ cõsilio filios ad Ludouicũ ducit: & eas quas occupauerat terras re⸗ stituit: ita vt illas sibi ex regio dono retiere liceret. Qui regio munere donatus gr̃am cõpensat. Nam rebellan⸗ tes britones ad Ludouici obedientiam sua opa reuoca uit. ¶ Erant p id tp̃s ĩ italia comites duo. Lambertus &

Mot⁹ bel li ĩ italia.

helbardus q de ecclesię romanę ditione pleraq; sibi loca rapuerāt: i quos excōicatiōe ꝓmulgata iohānes pōtifex lugdunū venit. Quo regē accedere p nūcios orat. Sz valitudie nondum leuatus rex quā turoni inciderat: morem pontifici gerere vsq; ad Kalendas septēbris distulit. p epos ṁ obseq pōtifici curat. Intera curat⁹ morbo trecas ꝓfect⁹ illo venire iohānē obtinuit: fit i eo loco magnus ex belgis epor̄ cōuētus. Narrant a pōtifice quę i memoratos raptores p eū gesta essent: petit a pōtificibus q aderāt verbo & subscriptis eorum noibus oia cōprobari. Cōprobant. In eo cōuētu cognito q frotari⁹ ex burdegala pictauiā & i de ad bituriges icōsulto pōtifice trāsisset iohānes proferri iubet sanctiones sardinēsis & affricani cōcilij: qbus epi ad alias ecclesias sua relicta trāsire prohibentur. Recitatis vtriusq; synodi capitibus: pontifex diffinit sacerdotes qui suis sedib⁹ abijssent ad eas reuerterētur. Ipse mox Ludouicum imperij dyademate coronat / augustumq; appellat. Reginā richētem q̄uis obnixe a Ludouico rogatus coronare recusauit. Conuentione trecēsi dissoluta / pontifex i vrbez regressus est. ℭ Impator aūt cōponēdæ discordiæ: quę illi cum Ludouico nepote erat cupidus: ita per legatos egit vt conuētu furonæ i dicto pax ad sequētem modū dicta sit. De austrasiæ regno sicuti defuncto lothario inter Carolum Caluum & Ludouicum bauarum conuenerat ita pmaneret. Italiæ vero iperiū q̄nquidē tūc commode distribui non poterat quisq; vt ptē obtiebat ita illā habeat donec de ptitione i alio proxime hn̄do consilio agi stabilius posset. Interī sī ab sarracenis alter regū ipeteret alter suppetias ferret: huic formulę sī qs detractum iret eum a neutro regū recipi aut defendi posse. ℭ Pace a hāc formā cōposita Ludouicus germanię rex ad suos remeauit. Imperator compendiū accessit. Nec data quiete Bernardus marchio bellum renouat icti dudum fœderis oblitus. In hunc mouēs iperator cū trecis

Iohānes papa i frāciā venit.

Ludouic⁹ balb⁹ iperator.

Cōcordia iter reges

venisset morbo decubuit. Hic oĩ spe salutis destitut⁹ carolũ filiũ q simplex dict⁹ est bernardo aruernorũ comiti cõmittit. Augescẽte morbo cõpẽdiũ se deferri iubet ꝑtenusq; iperij insignib⁹ ad filiũ missis: coronari illũ iꝑerat: atq; ita paucis iteriectis diebus morte absumitur idibus aprilis: ibiq; i diuę Marię ædę sepelit. Anno dñi octigentesimo octogesimo.

Ludouic⁹ balbus morit.



V douici interitũ secuta est varia rerũ frãcorũ mutatio: tumultuãtibus hic atq; illic diuersarũ ptiũ studiosis. Nã q tutelã noui regis in se receperãt Bernard⁹ / Hugo / Abbas / Theodericus / & Rosymus audito pr̃is decessu: regni proceres meldẽ vocãt: vbi de his que ex vsu reipublicæ erãt: cõsilium caperẽt. Erat Gosselin⁹ ex prima nobilitate hõ potens: qui tp̃s aduenisse rat⁹ quo aduersus theodericũ & rosymũ alterius factionis sectatores suas iiurias vlcisci potuisset: ad cõrardũ pisiorũ comitẽ veniẽs hoiem nõdum bono i nouũ regẽ aĩo existentẽ i suas ptes ducit: affirmãs fore vt a germanorũ rege de quo ip̃e bene merit⁹ esset plurimos honores adipisceret. His blanditijs assentiens cõrardus / ip̃eq; gosselin⁹ suarum ptiũ cõscios meldẽ legãt: q cõsilio adeẽnt. Cõuẽtu coacto pleriq; sn̄iam rogati dicũt vnũ esse ludouicũ germanię regem q regni negocia recte moderari possit: hũc accersere oportere: a quo salus rebus cõibus cõferat: & q suis destitutos possessionibus restituat. Cuȝ hæc locuti fuissent q nouello regi aduersabant adolescẽtis tutores spe retributionis adducti germaniæ regẽ i frãciã ꝑperare per nuncios orãt. Qui nuncio accepto metti veniens a proceribus iterũ admonit⁹ verdunũ quo & ip̃i ꝑceres cõuenerãt ipigre se cõtulit. ❡ At hugo et theodericus reliq ꝑterea suæ factionis nobiles cognito quid inimici machinarent. Galterũ aureliæ ãtistitẽ ad germanię regem ire cũ bis mãdatis iubẽt. Si rex eã regni ptem quaȝ ex lotharij hereditate carol⁹ calu⁹ obtinuerat sibi assu

Varie inter frãcos sn̄ie de rege ĩstituẽdo.

mẽdã diceret:licere adire eã atq; possidere:mõ frãciã liberã dimittat.Ea oblatiõe rex optime sibi factũ eẽ arbitrat⁹:gosselino cõrardoq; paulatĩ cõtẽptui habitis frãciã reliquens ad suos reuersus ẽ. A moto hoste hugo & theoderic⁹ ferrariã adolescẽtes ludouicum & carlonũ pducunt .Atq; ĩ diui petri templo reges appellatos coronãt.Eodẽ ferme tpe boso regię frater p quosdã sibi vel pmissis allectos vel metu pterritos epos ĩ regẽ aquitanię assumit.¶Et normãni pterea ad flumẽ ligeri ĩ festis ĩcursionib⁹ grãssantes pdas agere ad reges fres deferunt.Qui magna militũ cõtracta manu ĩ hostẽ pdeũtes:normãnos magna strage afficiũt/nouẽ milib⁹occisis cõpluribus itẽ in viẽna flumie absorptis.Ea victoria potiti fratres alio mox tristi nũcio turbant. Ludouicus eñ germanię rex grãdẽ exercitũ ad duciũ vsq; pmouerat.seq; gossclin⁹& cõrard⁹pisiorũ comes ad eũ cũ bõa cõiuratorũ pte cõtulerãt.Quib⁹ ductorib⁹ ad ribemõtẽ quoq; accessit.Hi nescio quid grãde germano regi pmiserãt.Qđ cũ absoluere nõ possent:rex despatis rebus cũ regib⁹frãcis pacisciť/ & paulopost ĩ germaniã cõuers⁹:normãnorũ gẽtẽ q̃ his dieb⁹vt ĩ italia ita ĩ germania cũctavastabãt offendit.Quos fusos nõ magno negocio fugat. Verũ apud saxones eadem ferocissima gẽs maximo regẽ dãno affecerũt.¶Victoria de normãnis hĩta: fratres abianũ cõuenerũt regnum pñum iter se pituri. Ludouic⁹francorũ regnum cũ oĩ neustria accepit.Carloni burgũdia atq; aqtania cõcessa ẽ. Ab ãbianis gõdeuillã p rhemos & cathalaunos commeant:vbi de conuentu habendo cum rege germanię conuenerat.Concilio tñ(quia egrotaret)rex germanus nõ affuit sed p nũcios apđ fratres reges egit.Qui accepto nũcio q᷑ rosym⁹ puiciæ rex viẽnã occupasset :vbi vxore relicta in pximos mõtes se recepisset:exercitũ ex germania pti coacto:parti ex suis collecto viẽnã circũcludunt.Dũ viennam obsidet Ludouic⁹p nũcios certior de normãnorũ

Normanni iterũ in cursiões faciũt sz vincunt.

i fr̃ciaȝ ícursióe fact⁹ carlono ad cõtinuãdũ viẽnę obsi dionẽ relicto aduers⁹ normãnos se cõuertit. Gẽs em̃ illa p̃ter ceteras barbara & ĩmanis (ac xp̃ianã gr̃am exosa) iã ãbianis expilatis diui petri mõasteriũ qd̃ corbię celeberrimũ habebat diruerãt. Igit̃ cõmisso a cerrĩme p̃lio ludouic⁹ normãnos ĩ fugã vertit multis occisis. Mirũ ꝑfecto scriptur⁹ sũ. Reuertẽte a ꝓstrato hoste victore exercitu taȝ effusa (nullo ĩseq̃nte) fuga frãci dissipati sũt: vt victis similes facile arbitrareris. Credideri elatũ victoria francũ hac trepidatiõe diuinit⁹ ꝑcitũ eẽ: ꝙ victoriaȝ suis virib⁹ nõ dei benignitate ꝑtã gloriaret̃. At reuocato ex fuga milite: ludouic⁹ iterũ ĩ normãnos bellũ ĩstaurãtes ꝓgress⁹ cũ (dissipato p̱ fugã milite) raro sui corpis custodes circũ se haberet cõpendiũ venit insuꝑ gentib⁹ iterũ normãnis & p̱ ligeris ripas p̃das agentibus: theoderico viro militari copias attribuit: qui normãnos prę lio adoriret̃. Ipse nõ multo post turonũ ꝓfect⁹: britonũ nõ paruaȝ manũ ad id bellũ mittit. Dũ turoni morat̃ morbo corrept⁹ vita defungit̃: & ĩ diui dyonisij cœnobium effert̃. Hic tradit̃ spurcitijs atq; ineptijs dedit⁹ extitisse: qui & balbi cognomen accepit. ¶ De ludouici morte cert⁹ fact⁹ carolus qui viennaȝ obsidebat: ꝑte copiarũ ad viẽnaȝ relicta: ad ꝓceres qui euȝ vocabant cõcessit. Cui iter agẽti nũci⁹ affert viẽnaȝ receptã a suis eẽ: sȝ normãnos ex germania mouisse & ĩ cãpaniaȝ vsq; irrupisse multis vrbib⁹ tẽplisq; direptis atq; incẽsis. In quos sayllus mettensium p̃sul copias ducens suis fugientib⁹ ceciderat. Quõ auteȝ p̱ id tps aduersus hanc pesteȝ bellatũ sit: apud hystoricos nihil inuenio. Cõstat tñ eodẽ tpe alteraȝ ferocissime gentis manuȝ duce astingo ligeri traiecto ad materne flumis ripas cõsedisse: carolũq; austrasię regeȝ expeditionẽ ĩ eos duxisse sed aio ꝓpe tabuisse cum ĩ cõspectũ hostiũ castra locasset. Tandemq; cũ normãnis fœdus paceq; ĩijsse symon dodefridus eius gẽtis priceps christi fideȝ ꝓfiteri cu-

Viẽna obsidetur.

Francorum dissipatio.

Ludouicus ludouici fili⁹ moritur.

Carolus ei⁹ frater rex.

Godefridus normãnus p̱fidus.

raret.Cõditiõe nõ reiecta godefrid⁹ simul cum baptis mate spiritalis regnationis frisiã oẽm a rege dono accepit.Donat⁹ ĩsup magnis munerib⁹ ĩcolere vbi castra habebat pmissus est.In pniciẽ franciç regni quaꝫ ipse p fid⁹ godefridus cum sigisberto paulo post inuexit.Nã quadraginta milib⁹ armatorũ ĩstruct⁹ parisiuꝫ circumuallat.Sed viriliter agentib⁹ oppidanis gossellino quoq; loci antistite & eudone comite q regnũ postea administrauit ad nitẽte cũ obsidio hosti nõ ꝓcederet:eã soluens laudunũ vrbẽ i edito colle positam inuadit.Inde agrũ nouiomẽsẽ atq; suessionenseꝫ populati:remos normãni adoriunt.Quib⁹ ĩcõmodis indignat⁹ carol⁹ ĩperator aduers⁹ barbaros ex vuarmacia vbi parlamẽtũ habebat iterũ ĩsurgit:& ęgregio nixu p̄liatur:sternit:occidit:fugatq;.Nec p̄termittẽdũ reor carlonũ & fratrẽ ei⁹ ludouicuꝫ ludouici balbi nothos ex pellice fuisse:qui nichilomin⁹ moderatiõe regni suscepta:nõ segniter normannis obstiterũt nouẽ milib⁹ vt supra dixim⁹ vno p̄lio ĩterfectis.Hic aũt carlon⁹ & si decessisse nõ ignore tur de ei⁹ tñ morte nullus ab hystoricis modus aut tp̄s scriptũ inuenit.Reliquit tñ heredeꝫ filiũ ludouicũ:qui ob ĩertiã nihil faciẽs appellat⁹ ẽ.Nulla eñ re insignior hĩtus ẽ.q̃ ꝙ virginẽ monialẽ cui⁹ amore ꝺepibat ex calẽsi cœnobio abductã vxorẽ accepit.Hui⁹ ĩertissimi regis ętate normãni ĩducijs q̃s cũ carolo ab ãnos.xij.firmauerãt cõtẽptis:iterũ frãciaꝫ vexãt.Quę cã fuit plerisq; sacerdotib⁹ & viris religiosis oratoria sua reliq̃ndi & se alio traducẽdi.Qua psecutiõe grauati frãci carolũ ĩpatorẽ ludouici germanici filiũ p legatos orant regni curã assumat.Erat aũt illis dieb⁹ hugo abbas appellat⁹ q valida manu collecta normãnos adeo exterminauit: vt ex eorũ multitudie vix vn⁹ supextaret:q acceptę cędis nũciũ ad suos ferret.Ea strage affecti barbari ad tp̄s bello abstinuert.At qa de hugone abbate mẽtio icidit illud nõ est omittẽdũ hũc hugonẽ atq; robertũ parisio-

Norman norũ clades.

Ludouicus nihil faciens.

Hugo abbas.

rũ comitẽ qui & marchio dicebaꝛ:primos fuisse qui reli
cta mõachis & sctimonialib⁹ ꝑdia ꝓuẽtusq; occupaue-
rit:ea sibi suisq; militib⁹ attribuẽtes:seq; abbates appel
lãtes atq; ĩptientes mõachis ꝓut volebãt adhibito mo
deramine vict⁹ & vestimẽtorũ.Quę violẽtia ad robert-
ti regis tpa ꝑdurauit.❡Per idẽ tp̃s iners ille& nihil faci
ens ludouicus relicto carolo filio(cui simplici cogno-
men iditũ est)decessit.Scriptũ iuenio hunc carolũ sim-
plicez ex ludouico balbo ꝓgnatũ esse.postq; ludouicũ
& carlonũ balbi filios spurios sub tutela eudonis educa
tũ fuisse:& postea regnasse.Qui cũ ꝑ ętatẽ regendo re-
gno neq̃q̃ idone⁹ esset cognito ꝙ normãni nouos bel-
li mot⁹ parẽt ad eudonẽ roberti andegauẽ.filiũ hoiem
bonũ & reb⁹ gerendis aptũ mittũt:cui & caroli simpli-
cis tutelã & regni admĩstrationez cũ regia appellatiõe
cõmittũt.Hic a galtero senonũ archip̃sule cõsecratus
carolũ simplicẽ ꝓbe educauit:frãcisq; modetissie p̃fuit.
Moriens aũt ꝓceres iureiurando adactos admonet re
gnũ sine cõtrouersia carolo simplici admĩstrãdũ ꝑmit
tãt:eũ esse regni legitimũ hęredez.❡Carolo simplice
regno adepto normãni q annos q̃dragita multis locis
frãciã ĩcursauerãt ãpliore mľtitudĩe.cõtracta:ĩ neustri
am irrũpũt & ꝑ sequanã rothomagũ vsq; aduerso flumi
ne deferunꝛ.Quib⁹ cũ franco rothomagorũ antistes ci
uiũ & vrbis salutez desperãs colloq̃ndi occasiõnẽ nact⁹
ita egit/vt neq; ĩcolis/neq; ciuitati q̃cq̃ nocituri vrbez
normãni reciperent.Quid.n.ꝓuidus pastor faceret re-
gis subsidio destitut⁹.Potiti vrbe normãni vbi tutissimũ
sibi refugiũ esset.Rollonez ex suis hoiem strẽnuũ:q cũ
nullã domũ redeũdi spem ꝓpter a se cõmissũ flagitiuz
haberet:ducez p̃ficiũt.Hic ĩperãdi apud suos ptãte ac
cepta:aĩm ĩprimis itẽdit vrbẽ parisiorũ ꝑdere:& inde
xp̃i elimiare pietatẽ.Ad hãc rez cõducere tria sibi latis
sima flumina:sequanã/ligeri/& garonã maxime arbi-
trabaꝛ.Igitur ĩgenti fabricata classe copias triphariam
diuidit.Qui ligerim nauigarunt Nauetem vrbez expu-

Ludoui-cus nihil faciens moritur.

Eudo an degauensis rex frãcorum & caroli simplicis tutor.

Frãco rothomagensis ar archiepiscopus. Rollo.

gnāt:& pōtificē guymardū īter sacrificādū ad xpi arā iugulāt.Inde ꝓfecti andegauiū incendūt: mox turonū adoriuntur :atq; ita p aquitaniā pdas agentes:rollone duce in.pisios p sequanā delati i burgūdos p arrari id ē sagonaꝫ nauigantes in arueniaꝫ tandeꝫ incursant.Nec mora interposita senones depopulati monasteriū flo= riacē.occisis cœnobitis diripiūt atq; igne cōsumūt.Sꝫ aduēt⁹ rollonis nō ignari sacerdotes:supra biduū diui bñdicti corp⁹ aureliam apd sctm̄ anianū deposuerant.

Miraculum Erat ei⁹ monasterij ex cœnobitarū cōi assensu defēsor patronusq; electus sigillosus comes.Hunc in sequenti nocte qua monasteriū cōflagrauerat diuus bñdictus p quieteꝫ obiurgasse fertur:quare monasterio cōtra nor= mānos opeꝫ nō tulisset.Quo viso expergefact⁹ comes: parua quę illi ꝑ tpe erat inermium manu coacta:i nor= mānos pręda onustos irruens assessore sibi(vt sancte as seuerauit)postea sigillosus diuo bñdicto/prędā capti= uosq; recepit.Inde ad monasteriū cōmigrans cœnobi= tarū cadauera quę hactenus humi strata cōperit huma ri iubet.¶Cuꝫ tam crudeliter debaccharent p franciaꝫ normāni.Carol⁹ simplex franconeꝫ rothomagorū psu= leꝫ iā rolloni notuꝫ ad rollonem mittit qui triū mensiū

Carnotū obsidet. inducias firmet.¶Exactis inducijs p stāpas mouens rollo carnotū petit atq; oppugnat.herente in vrbis ob= sidione normāno:richard⁹ burgūdorū dux atq; ebal⁹ pictauoruꝫ comes copijs ad carnotuꝫ ꝓmotis rolloneꝫ inuadūr.Qua re animatus carnoteñ.antistes irruptiōe a ciuib⁹ facta ipse tunicā interioreꝫ virginis marię quā camisiaꝫ franci vocant:estq; apud eos magna religio= ne obseruata deportans normānos a tergo insilit.Fit p

Clades a normamnis in frācos aduentū pōtificis hostiū magna strages.Rollo vero fu giens postq̄ suos ex fuga recepit:i dignabūd⁹ iubet eos p oēꝫ regionē populatiōes facere:& ea oīa i q̄cūq; irruis sent pdere.Itaq; fera gēs nihil sibi obuiū itegrū relique runt.Abducuntur in seruituteꝫ & stuprū virgines:ma=

tres cũ liberis gladijs occũbũt.Nulli tẽplo igneʒ nũ im
miserũt:flagrãt p agros atq; vrbes oĩa.Clamorib⁹ mor-
tibusq; ęther replebat.Taʒ diris afflictiõib⁹ vexatis frã
cis/regeʒ cõueniũt.Inertiã hoĩs atq; pusillanimitatẽ ac
cusant:pdi ei⁹negligentia ꝓuinciã qui neq; hosti p se
neq; pductores belli occurrat.His q̃stib⁹ excitatus rex
franconeʒ rothomagenseʒ iterũ ad rollonem ꝓficisci iu-
pat:q eũ ad xp̃ianã cõionẽ hortet.Quã si fide itegra re Caroli et
cipiat esse carolo filiam gillã quam illi cũ oĩ neustria nu rollonis
ptui det.His mãdatis p frãconeʒ cognitis.Rollo a fe- conuen-
rocia tẽperat:seq;(cõsilio cũ suis habito)cũ carolo col- tio.
loquiũ(designato quo volet die)habiturũ spõdet.Ad
hęc triũ mensiũ iducię firmant.apud flumẽ eptę qđ est
neustrię ad orientẽ limes fit cõuẽtio vnã fluminis ripã
carol⁹:alterã rollo isedit.Intercedentib⁹ legatis res ac
ta est.Rollo gillã caroli filiã vxoreʒ recipit & i dotẽ neu
striã:q ab epta fluento ad britones terminat/claudit q;
gallico occeano:adiecta quoq; est britonũ ꝓuincia q̃
diu sub normãnorũ ditione militauit.Reb⁹ vt maxime
carolus cupiebat ordinatis:rollo rothomaguʒ ꝓfectus
initiat sacris & lauacro xp̃iano.Appellatusq; est rober-
tus roberto pictauorum comite qui receptę a rollone fi Rollo ba
dei testis assistebat.Neustriã adeptus rollo:eaʒ noman ptisatur.
niã appellauit:ꝙ eam hoĩes a septentrione ꝓfecti occu Quare et
passent.North eñ donaruʒ lingua septentrioneʒ.man vnde nor
vero hoĩem signat.Inde vocabulo cõposito normãni: mãnia di
id est septẽtrionales & normãnia ad hũc vsq; dieʒ voci cta.
tat.Eius tã barbarę & ferocis gẽtis dũ origineʒ q̃ro eaʒ Origo
ex gothorũ feritate ortã accepi.Quos nõ nulli magog norman-
iaphet filiũ parẽteʒ habuisse audacissime tradũt:gotho norum.
rũ ꝓsapiã ad noe vsq; referentes.quib⁹ ego neq̃q̃ assen
tior.Quippe ꝙ a nobis tã remota antiqtas nulla p̃ser-
ti scriptoris auctoritate nitẽs fabulę similis videri pos-
sit.Daci aũt gothorũ soboles lõgo tpe hũc morẽ serua
uerũt:vt ex multis liberis vtũ tm̃ apud se heredẽ pater

Proceres a carolo simplice desciũt Robert⁹ eudonis filius occiditur. Hebert⁹ viromandoruꝫ comes regẽ perone incarcerat. Consiliũ de constituẽdo rege. Ludouic⁹ cũ matre elgia in angliã fugit.

hſet cęteris poſt legitimã ętatẽ domo emiſſis.Qua lege vſ⁹ lothroc⁹ cũ aliquot a ſe filios dimitteret:biergoſtã haſtigo cuidã nobili daco cõmẽdat:adiũcta plurimorũ iuueniũ manu.Qui tranqllo mari nauigantes ĩ picardos:ide ĩ viromãdos penetrauerẽt.vbi diui qntini mõaſteriũ icẽdẽtes:mox nouiomũ capiũt:omnióe epo cuꝫ clero iterẽpto.Nec qeti gemeticũ p ſeqnã ꝑuecti:mõaſteriũ nõgẽtorũ mõachorũ diruerũt.qđ annos.xxx.poſtea ſine hĩtatore mã ſit.Quę rabies ĩ multas ꝓuicias.ꝑfuſa ad rollonẽ vſq;de quo ꝓxiẽ dictũ ẽ graſſari nõ deſtitit:Ab his q̃dẽ dacis normãnorũ ſęuitia appellatioq;ꝓceſſit.¶Pacatis normãnis:regni ꝓceres a carolo deſciſcũt.Sed ꝑlijs aliquot poſtq̃ digladiatũ eſt recõciliati ſũt aduerſ⁹ robertũ eudõis fratrẽ:cui⁹ ſupra a memẽtio facta eſt.Hic robert⁹ aq̃tanie dux q̃ de frĩs regno portionẽ nõ accepiſſet aliquot ſibi viciniores vrbes capit cõſtitutis ĩ eis põtificib⁹ a qb⁹ tãdẽ regis appellationẽ obtinuit.quo titulo elatior fact⁹ copias ĩ carolũ ſueſſiõe agẽtẽ ducit.Cõmiſſo ibi ꝑlio robert⁹ occidit.Redeũti victori carolo hebert⁹ viromãdorũ comes gratulãdi ſpẽ occurrit.Regẽ orat peronã ad ſe diuertat atq; ĩ arcẽ diuerſet.Perfido hoĩ(cui⁹ ſororẽ robert⁹ vxorẽ habuerat) rex p ſimplicitatẽ credul⁹ peronã petit.Moxq; arceꝫ ingreſſ⁹ ĩ vincula ab heberto cõijcit.Quę res grauiſſimorũ p franciã ĩcõmodorũ cãm ſuexit.Itũ eſt tñ aduerſus fortunę iiquitateꝫ atq; vt ĩ morbis ſolet vt capiti in primis adhibeat medela:franci q̃ſi regẽ nõ haberẽt de rege ꝑficiendo cõſultant.¶Erat ex liberis richardi burgũdorũ ducis ſupſtes radulph⁹ caroli nepos.Hũc tãetſi carol⁹ ex elgina regis anglorũ filia ꝓlẽ ſuſcepiſſet ĩ regeꝫ aſſumi carol⁹ ꝑmittit:q ſueſſiõe regio dyademate recepto regnũ admĩſtrare cœpit.Ludouic⁹ aũt caroli ſimplicis fili⁹:pris atq; amicorũ ope deſtitut⁹:enauigato mari ad anglos cũ elgina matre ſe cõtulit vbi elſtan⁹ ei⁹ auuncul⁹ regnabat.Radulphi tpe apđ carrolas pu

gnatū est cōra sarrecenos q burgūdiā iuaserāt: vbi ex frācis cōplures iteriert Radulph⁹ postq̄ ānos duodecī regnādo explesset morit̄.xviij.Ka.iunij.Et apd senōes i ęde sancte colūbę ihumat̄.¶Blōd⁹ & palatina italici scriptores tradūt post ludouicū balbū Berengariū ex lōgobardis ortū foroiuliū tenuisse: ipatorēq; a romanis creatū esse: cū eandē dignitatē arnulph⁹ a frācis acce pisset post ānos centū q̄ carol⁹ magn⁹ cœpat ipare.Ar nulpho pediculari morbo defūcto platina addit ludo uicū i arnulphi locū suffectū.In quē berēgari⁹ apd vero nā duces eū capit & oculis priuat.Ad hūc modū ablatū a lōgobardis ipiū Berengari⁹ a regib⁹ lōgobardis ort⁹ vindicauit.Tā fluxe sunt res humanę vt earum guber nationem nūc hic nunc ille recipiat vel perdat.



Radulpho defuncto & carolo simplice apud peronā: vbi ab heberto in custodia habebat̄/ mortuo: francorū pceres & aū oēs hugo ma gnus atq; guillermus senonū primas ad elgi nam ludouicūq; in angliam legatos mittūt: q dicerent tps aduenisse cū ipsi tuto in franciā reuerti possent.eis se subsidio affore: & obsequiū vna cū alijs cōplurib⁹ re gni primorib⁹ pstituros.Ea re i angliā plata elgina cū filio ludouico in franciā venire festinat.Cui obuij pce res Ludouicū lauduni regē cōsultant: adiutore maxie guillermo rollonis filio: qui ducatū normānię gerebat. ¶Secūdo āno regni ei⁹ pdigiū visū ē hoim i ęthere fla grantiū & diris cātiōib⁹ nocte tota aliqd futuri icōmo di vaticinantiū: qd postea cōtigit.Naā tertio ab ipo p digio āno pceres frāci a ludouico deficiūt: q insup tē pestatę tāta fuit p franciā ānone caritas vel frumēti mē sura cui sestari⁹ nomen ē q̄ttuor & vigiti libris veniret. ¶Secedentib⁹ a rege francis ludouic⁹ henricū germa nię regē p legatos petit.liceat cōuētū alicubi idicere: vbi mutuū hr̄e colloquiū possint.Cupere se beniuolen tiam atq; amicitiam pmereri. Henricus auditis nun

Ludouicus ex anglia reuocatur.

Prodigium Fames

Ludouicus guillermum normanię ducē adit.

cijs rñdet regis petita cõmode facere nõ posse nisi guillermi normãnorũ ducis sniam de hac re cognosceret: Ea re cognita ludouicus guillermũ adit. memorat q sit regni stat⁹: quid i se moliant̃ pceres: illũ vnũ esse cuius cõsilijs res bñgeri possit. Accepit guillerm⁹ regẽ vt dñz opẽq; suaz pollicit⁹ tregũ eqtem auratum ad henricum ex ludouici assensu mittit. Ad mosaz fluuiũ cõuenturos reges placuit: ibi guillermi opa amicitiã reges firmant Qđ postq̃ resciuere pceres franci ludouici potẽtiã veriti i regis grãm sevt meli⁹ põt isinuãt. ¶ Mox lauduni cõuenientib⁹ ex edicto regis pcerib⁹: hebert⁹ quoq; viromãdẽsis affuit. Aduersũ quẽ pñnę iniurię recordat⁹ ludouic⁹ hmõi cõmẽtũ parat: delecto ad fabulã hoi e idoneo. Huic mãdat vestẽ ad anglici icolę formã ducere: seq; veluti ex anglia ad se missũ petere i cõsiliũ admitti. habere lr̃as q̃s regi reddat. Lr̃as aũt q̃les rex ipe scripserat hoi dat. Sedẽti i cõcione regi venit cursor / vt instruct⁹ erat lr̃as pfert. Eas dũ scriba regi demisse recitat: subrisit. Proceres rati aliqđ ridiculi regẽ accepisse: rogãt cur risisset. Nũc iquit maxie noui anglos desipe. Nãq; hermãnus anglię rex / meus ppĩquus fuisse apud eos scribit agricolã hoiez: q herũ ad cõuiuiũ cũ iuitasset necare aus⁹ sit. Eius tã isignis facinoris autorẽ quo supplicio afficiat sñiaz vr̃az iqrit. Igr̃ vt regi gratũ faciam⁹ dicite pceres quo mortis gñe sceleratissim⁹ agricola puniẽd⁹ eẽ videat̃. Theobaldus blesensis hõ iprimis prudẽs rogat⁹ sñiaz dicere: hic iqt homicida tãetsi vario cruciatu dign⁹ est: tñ q̃ten⁹ ad supplicij modũ attinet nll̃a mihi detestabilior mors visa ẽ q̃ a furca hoiem pẽdere cui iugulũ laq̃o lictor pstrigat. In hãc sñiam cũ c̃tis q aderãt veniẽtib⁹: cũ ipe itẽ hebert⁹ viromãdẽsis seq̃ret̃: pdeũt ex occulto satellites q hebertũ (vt a rege pdocti fuerãt) cõphẽdũt. Nec cũctant̃ i collẽ nõ pcul a lauduno pducere: vbi i furca hebertũ suspẽdũt: prius tñ q̃ iugulum lictor arctaret: rex in eum conuersus. Tu in=

Nota regis in hebertũ comitem cõmentũ.

Hebertus viromandie comes sũspẽditur.

quit heberte ille pfidus agricola es q̃ dñm meũ & prẽm carolũ: tuũ pfecto regẽ peronę i vĩculis necaſti. Nũc er go p tuis meritis meritũ ſuppliciũ accipito. Collis vbi extrema paſſus eſt hebertus mõs heberti appellat⁹ eſt.

¶ Interĩ dũ hæc geruntᷓ: cũ guillerm⁹ normãnorũ dux herloino picardo nobili faueret: aduerſus arnulphũ flã dreſiũ pricipẽ a quo herloin⁹ fuerat mõaſteriolo caſtro vi & armis ſpoliat⁹: idq; ei reſtitutũ eſſe cũ ęgre ferret arnulph⁹ ſimulata beniuolentia colloquendi tps locũq; a guillermo apd piquiniacũ ipetrat. Qui prima cõuen- tione aſſentationibus & blãditijs apd guillermũ pfidus pditor agit. Nec multo negocio benignũ ducẽ p ſpe- ciẽ charitatis fallit. Itaq; re i iſula quadã ſũmę fluminis nõ pcul a pinqniaco (vt videbatᷓ) cõpoſita aſcẽſa naui cula diſcedentẽ ab arnulpho guillermũ ſatellites flan- driæ reuocãt: quaſi aliqd ab arnulpho omiſſum eſſet qđ ad beniuolentiã ptineret. Appulſum ripæ ducem cum alterum ex naui pedem ptuliſſet: alzo cui turco cogno men fuit trucidat. Serui aũt ducis qui ad alterã ripã re- uerſuri mox dñẽ pſtolabãtur: flumie ipediti opeẽ dño ferre mime potuerũt. Occiſi cadauer (fugiente cũ ſuis ſa tellitibus arnulpho) rothomagũ religioſe delatum tu- mulo magnificentiſſimo xviij Kalendas Ianuarij: ho- norauerũt. Ab hoc guillermo gemeticum cœnobiũ qđ a dacis dirutũ ſupra ãnotaui iſtauratum ẽ. vbi vitã quoq; mõaſticã pfiteri ſtatuerat. nã iter archana ei⁹ iuẽte ſũt religioſæ veſtes q̃ argumẽto fuerũt cõceptę a ſe vitę rĩa ris. Hui⁹ guillermi mors occaſio fuit ludouico audẽdi peſſimi facinoris: q̃obrẽ ipſe quoq; multas ſibi turbatio nes excitauit. Nã de guillermi iteritu nũcio accepto ro thomagũ ire feſtiat: ſimulãs amici pricipis necẽ velle vlciſci aĩo reuera aliud agitãs. Superat eñ guillermo fi lius richardus ifãs cui⁹ tutelã pariter & terræ normãnię adminiſtrati onem rodulphus bernardusq; gerebant. A qb⁹ vt dignũ erat recept⁹ ludouic⁹ terræ ſpecie atq; ſere

guillerm⁹ normãno rũ dux p pditiõeẽ occidiẽ.

Ingrat⁹ ludouicus.

Richard⁹ dux guil- lermi fili⁹

nitate illectus: spē capit eius potiendæ. Petit richardū īfantē ad se deferri: tāq̄ apud se educādum. Qua re ad ciues plata: cōiectat popul⁹ regē nō aliā ob rē īfantē abducere velle: nisi vt normāniā sibi vsurpet. Tumultuaē igitur popul⁹ & ī regē seditiōē agitat. Cui piculo Bernardus dan⁹ occurrens Ludouico cōsiliū dat: īfantē ī vlnis āplexū tumultuāti pplo ostentat. Paret cōsultori Ludouic⁹. Simulq; iureiurādo plebi asseuerat: nihil sede normānia pter ius supioris dñij vendicare. terram omnē Richardi esse. cupe īfantē bonis disciplinis erudiri: bonisq; morib⁹ si pmittāt educari. sedata plebe rex īfantem ī frāciā traducit acceptę normānis iniurię meōr. Cognito q̄ richardi curā recepisset ludouic⁹: verit⁹ arnulph⁹ flādrensis ne ī se vnū ppter guillermi necē curreret: quadragīta auri marcas regi dono mittit: nec cūctaē ad regem aduentare. seq; quoquo mō posset de ducis iteremptiōe reddere purgatū: atq; ī regis potestatē traducere necis autores. Et hęc q̄ dē palam elocut⁹ arnulphus: ad regis aures aliud īsusurrat: recordari s. decere regē ignominiarū quas olim & ī se atq; ī prēs normanni & dixissent & fecissent. Talia suadenti rex credidit: purgatūq; arnulphū dimisit. Inde cœpit rex aduersus īfantē Richardū frequenter stomachari atq; indignari: ita vt redeūti a venatiōe Richardo rex tanq̄ aliquo ei⁹ delicto īdignatus eū spuriū vocaret: cōmiat⁹ nisi mores emendaret se illi poplites male mulctaturū et cunctis honorib⁹ priuaturū. Ad hęc richardū diligēter asseruari trucissime īpat. Erat richardo ludi magr̄ & p̄ceptor Osmūd⁹: q. regis aduersus richardū īdignatione secū reputās: Yuoni cuidā spectato sibi rem cōicat. Ambo Richardū cōuenientes hortanē egrotare grauiter se simulet. Quā tegnā caut⁹ puer haud pueriliter impleuit. Aegrotātē cū serui negligēti⁹ obseruarēt: alijs atq; alijs seorsū ī reb⁹ suis occupatis. Osmūd⁹ plaustriū herbarum fasce Richardū īuolutū dū cōuiuio rex ī dul-

Tumult⁹ rothomagēsis populi contra ludouicum.

Arnulphus flādrię comes nequissimus.

Richardus opera sui prę ceptoris lauduno clam educitur.

munitissimo loco asseruari solent educi e feretris iubet. visenda venerãdaq; his q aderant ꝓceribus & populo. Moxq; sumpta ex altari auri flãma(id eñ peculiare signum regibus frãcis est dum difficille aliquid i potentes quẽpiã hostem suscipiũt.(Igitur hoc isigni ornat⁹ rex remos petit: ibi acies istruũtur. In pria remi atq; cathalauni duce theobaldo cãpanię comite sũt cõstituti. secũdaꝫ tenuere aureliani atq; stampenses & ij q ad ditioneꝫ dyonisiani cœnobij ptinebant. Tertiaꝫ sibi ducẽdã ex pisijs & finitimis locis ludouic⁹ desũpsit. Paucis deĩde iteriectis dieb⁹ aduenientes magnis copijs istructi guillermus aqtanię dux: & niuernensis comes i pria acie collocanť. Radulpho aũt viromando queꝫ militũꝫ delectissima man⁹ seq̃bať dextrum cornu pictauis sinistrũ assignať. Itaq; taꝫ mult⁹ exercit⁹ fuit quant⁹ a nullo supiore francorũ rege cõpat⁹ fuisse lectũ sit. Sed henrico ipatori animus elanguit; qui postq̃ francorũ igentẽ in se belli apparatũ accepit relicto negocio timide abscessit. Huic henrico vxor erat machildis henrici ãglię regis soror. Quo sine liberis defuncto: machildis normãniam reuertens scdo nupsit gaufrido martello ãdegauorũ turonorũq; & cœnomannorũ comiti. Hinc ꝓgnati sũt gaufrid⁹ plantagenest⁹ & guillerm⁹ lõgaspata. Tertio filio henric⁹ nomen fuit q anglię ꝑfect⁹ rex andegauiã cũ cœnomãnia & turonia possedit. ¶ Interea dũ hęc apud remos gerũtur Anglus spe bñ gerendę rei dũ ludouic⁹ abest adduct⁹ franciã vastare cõtendit. Sed opera amotrei mõtefortensis q tuẽdę regionis cã relict⁹ a rege erat: anglus igenti suo danno repelliť. ¶ Alemãno ipatore superato ludouic⁹ exercitũ dimisit atq; ad dyonisianũ cœnobiũ voti cõpos veniẽs gratias deo & sanctis martyrib⁹ supplex ꝑsoluit. Quoruꝫ feretra suis humeris in testudineꝫ vbi diligenti custodia seruanť deposuit: donis cõpluribus religiose exhibitis. ¶ Dedit post hęc alteram belli causam aruernoruꝫ

Auriflamma.

Ludouic⁹ acies istruit.

Amotre⁹ mõtefortẽsis hẽricũ pellit.

Aruernię comes malus.

comes q furto claromōtē vrbē epo abstulerat. Quā in iuriā ab antistite ad se delatā molestissime rex tulit. et pmoto i comitē valido exercitu ciuitatē recepit: reb9 iter epm & comitē cōpositis. Sed diutna nō fuit pacis cōditio renouātib9 aruernis bellū. In quo mouēs ludouic9 qq iā ętate i grauesceret: dehortātib9 expeditionē amicis valitudinē dissimulās pergit. In ea expeditione vsus est maxie opera caroli flandrensis & foci andegauorū ducis pterea britonici atq; amorrei: rei militaris apprime periti. Prima apud mōtēferrandū duobus circiter passuū milib9 ad claromōtē distante decertatio fuit. Oppido recepto cū iam aruernia ois regis ditioni se dederet. Affuit cū igentib9 copijs guillerm9 aquitanię priceps suppetias aruernis laturus: pptērea q hi ad ducatum eius ptinerent. Qui ex vlcino mōte castra ludouici cōtēplat9 que i planicie locata erant: copias apparatūq; admiratus: ad regē nūcios mittit: dicere se quidē in eū nihil deliquisse cui9 optimo iure subditus eēt: sed ratione moueri: vt comitis atq; aruernorū cām tueretur qui in fide ei9 psisterent. Si quod ab illis peccatū esset: deducturū se comitē a quo malefactorū rationē lege iudicioq; exigat. Si regi ita placebit: daturos illi aruernos non cōtēnendos obsides. Nūcijs auditis rex cōsiliū ex suis capit. Igit receptis obsidib9: paceq; restituta: cōuent9 aurelię i idicit. ¶ Cū i flandriā ex aruernis carolus comes reuertisset: cōiuratione quorundam apud brugas flādrię i signe oppidū: i ecclesia sācti donati a Bochardo pposīti ecclesie fratre comes carolus occidit. Qui eīm primā i ea ecclesia dignitatē gerit prępositus appelatur. Quo execrabili facto ad iracūdiam permotus ludouicus: brugas cōtēdit: ecclesiāq; vbi homicidę tanq i arce i colebant circūuallat. Ex qua se furtim surripientes bochardus & bertopus: ille fugiens depręhēsus oculis orbatus est: atq; ad palum deligatus sagitti s in faciē eius actis cum iterijsset i rotam altissimo

Guilelmus aqtanus dux opē fert aruernis.

Motus in flādria cōtra comitem. Bochard9 & bertopus comitis iterfectores puniuntur.

tigno superfixam tanq̃ ad spectaculũ sublatus: mox in sordidissimã cloacã abiectus est. bertopus autẽ a furca pepẽdit: appenso cũ eo viuo cane qui stimulis a carnifice agitatus in bertopi faciem furens pẽdentem laniabat: & interdũ stercore perfundebat. ¶ Reliquos quos in turre cõprẽhendit e turris fastigio pręcipites dedit vnũ vero (ysaac illi nomẽ erat) cũ spe vitandi periculi monachatũ ꝓfiteri ꝓmisisset: captũ laqueo strangulari iubet. Eius factionis auctor Guillermus nothus qui ypras se receperat postq̃ Ludouicũ ad se cõphendendum ꝓperare intellexit: eductis ex oppido trecẽtis delectis militibus regi occurrit. ¶ At partita acie milites Ludouici alij in hostẽ concurrũt: alij in arcẽ per posticũ cõsentientibus castellanis se cõferũt. Atq; ad hunc modũ guillermo spes flandrię potiendi ablata est: de satellitib⁹ vero suppliciũ sumptũ est. ¶ Affecit pterea ignominiosa morte thomã de marla quẽ nõ longe a cõciaco regi isidias ponentẽ interceptũ Laudunũ misit: ibiq; iterimere hominẽ iubet. ¶ Venit nõ lõge post ad ludouicũ innocentius secundus maximus pontifex aduersãte sibi petroleone ab altera cardialiũ pte electo. cui obuiam progressus rex: cum vxore & liberis apud iuliacum legerensem pontificem debita veneratione excepit: opem fortunasq; suas oẽs pollicitus. Synodos ei duas apud claromontẽ vnam apud remos alteram innocentius celebrauit. Non ignoro blondum atq; platinaȝ scripsisse hũc innocentium regnãte philippo in franciam venisse: quibus frãci annales non assentiunt. ¶ Inter hęc nũciatur ludouico filium eius Philippum dum extra muros parisij equo veheretur interijsse. Nã inter crura lasciuientis equi cum domesticus su⁹ incuurrisset equus ferociter cespitans iuuenẽ humi deturbat: quo lapsu nocte que insecuta est decessit. Cuius mors sicut mœrori ludouico fuit: ita eum admonuit rerum futurarum solicitum esse. Tum eñ in mentem venit diui ber=

Guiller= m⁹ necis auctor

Thomas de marla punitur.

Innocen ti⁹ scd̃s.

Philipp⁹ Ludouici fili⁹ equo deturbatus moritur.

nardi clareuallen̄. vaticiniū. Nā cū ludouicus cleri bona aliqñ vsurpāte; bernardus argueret: nec ꝑpterea abstieret. hec inqt tua rex ptinatia filij interitu mulctabit. igit cū ānorū plen⁹ esset: plurimisq; laboribus affect⁹ ex amicorū cōsilio ludouicū alterū filiū q iunior appellatus est i cōsortiū administrādi regni assūpsit: remisq; deductū regia vnctione atq; corona eū isigniri iubet. Inde Parisiū reuers⁹ postq̄ resciuit theobaldū cāpanię comitem i pfidia psistere: q̄q̄ i femore grauiter vulneratus esset ad castellū bonęuallis mouēs: locū oēm pręter cœnobiū diruit: pari item ruina cōtriuit castellū reginaldi quod theobaldo parebat. Postrema vero ludouici expeditio i brissonetū quod ligeri fluuio finitimū est fuit: ob dñi iiqtatē q vias publicas mercatoribus p̄cludebat. desolata igit arce cū valitudine & quotidiana tussi laboraret apud mōtricardū decubuit. vbi cōplurib⁹ ep̄is ac cerfitis postq̄ cōfessiōis sacramēto cōsciam emūdasset: cōferri sibi sacramēta eucharistiā postulauit. Interi dū ad id se parāt sacerdotes ipe vestibus idutus & cubili exurgens: obuiā sacerdotib⁹ pgit. Recepto cęlesti cibo rex ludouicū ad se vocās regni se admiistratiōe abdicauit. hęc ꝓlocut⁹ ego inqt ludouice regnū qd male ipse admistraui tibi cōmitto: tuere quo ad p te fieri poterit dei mistros. iopes foue: viduis atq; orphanis subsidium ferto. Hęc postq̄ dixisset supellectilē regiā oēm p ecclesias distribuit & egenis erogauit. Ludouici glīe atq; optime fęlicitati dari plāe pōt: plerosq; suo tp̄e ordies aut origine; aut magnū sctitatis icremētū accepisse: inter quos sūt cluniacēsiū qb⁹ locū dedit atq; extruxit Guilerm⁹ pius aqtanię dux i territorio matisconēsi regnante carolo simplici cū Adrian⁹ scds ap̄lice sedi p̄sideret. Hui⁹ autē Ludouici tp̄e ordo est longe dilatus hospitalariorū pręterea pręmonstracēsiumq; atq; tēplariorū sanctissimę institutiones: quę non secus ac vitę & morū luminaria in orbem xp̄ianum effulserunt. Quibus splen-

Ludoui- c⁹ iunior viuo pr̄e coronat̄.

Bonaualis diruta.

Brissonetū castellū dirutū:

Mōtricardū.

Religios⁹ rex.

Quorūdā ordinum origies & incremēta.

dorez addebat diu⁹ ille bernardus clareuallis prim⁹ abbas q olerū loco fagi frōdes desumebat: & pane ordeaceo admixto millio & vitia vtebat̄. Talis diu fuit religiosus hoībus viuendi austeritas & parcimonia. Sz vbi possessionibus aucti ꝓuentibus ditati sūt: apud successores illoruz virtus & dei pietas elāguit: ita vt in luxuz parcimonia: in supfluas opes paupertas: in fastū humilitas:: in lasciuiā cōtinentia: in cōfusionem oīs fere ordo nūcnūc versus parui habeat̄. Cartusiensiū quoq; durissima austeritas & parcimonia eodez fere tpe dū ann⁹ salutis ageret̄ Millesimus centesimus trigesimus secundus suę sāctitatis lumen exhibuit. Cū aūt morbo paululum leuat⁹ ludouic⁹ esset ad sācti dyonisij cœnobiū orationis gratia venit. Inde abeūti nūcij ex aquitania detulere: guillermū eorū principez cōpostellaz ꝓficiscēte defunctū esse: atq; ex testamēto hęredez instituisse vnicā quā filiā hēbat. Ea re cognita rex testm̄ laudat. Mox q; filiū ludouicū cū sexcētū auratis equitib⁹ duce theobaldo comite & radulpho viromādēsi cū sigero sancti dyonisij abbate ī aqtaniā mittit Burdegalę cōuēt⁹ ꝓcerū habitus est; atq; ibi oīm cōsēsu ludouic⁹ alienorā aqtanię hęredē vxorē duxit: quā statim regia corona donatā se in frāciā comitari iubet. ¶ Dū hęc a filio geruntur: pater augescēte morbo pactis q̄ ex ritu xp̄iano solēt: mādat pauimētū tapete isterni: & sup euz crucis ex cinere signū fieri / vbi & iaceret atq; moreret̄: Decūbēs igit̄ in tapetę rex defunctus est regni sui āno. xxx. ętatis aūt. lx. anno xp̄ianę salutis millesimo centesimo trigesimo septimo. Elatusq; ad sanctum dyonisium ibi sepelitur. De quo sequens epigrāma scriptum inuenio.

Cartusiēses.

Illustris genitor ludouici rex ludouicus.
Vir clemens xp̄i seruorum semper amicus.
Institui fecit pastorem canonicorum.
In cella veteri trans flumen parisiorum.
Hanc vir magnanimus almi victoris amore.

Auro:reliquijs ornauit:rebus honore
Sancte dyonisi qui seruas corpus humatum:
Martyr & antistes ludouici solue reatum.

¶ Huius ludouici cui grosso ꝓpter corpis moleȝ agnomen fuit opus est diui victoris cœnobiũ:qđ in suburbano Parisiano ad oriẽteȝ soleȝ a fundamẽtis extruxit. Ab eo p̃terea caroli locus cistercienſis ordis i agro siluanectensi ędificat⁹ est.& cœnobiũ puteolanũ in agro vastinienſi. Reliqt ex adelaidę vxore ducis morianæ filia liberos mares sex philippũ quẽ ęquo delapsum interijsse diximus. Ludouicũ q regnũ adept⁹ est. Hẽricũ belloua corum põtificeȝ. Petrũ q reginaldi de courteriaco filiã vxorẽ accepit. Et Philippũ pisieñ. ecclie archidyaconũ quẽ imatura mors absumpsit. Fuit quoq; iter liberos q̃rtus:cui⁹ nomen autores p̃tereunt p̃r roberti comitis pertici & drocarũ quos druydes antiqtas appellauit.

¶ Eius regis ętate apud legiẽsem vicũ porcus edit⁹ est facie humana:& gallinæ pullus quadrupes ꝓdijt.


Ccepta p̃ris morte: Ludouicus cum res aquitaniæ ordiasset i frãciam ꝓpe reuertitur:datq; alisiã reginæ sororeȝ arnulpho viromandensi vxorem. Per illud fere tp̃s iohãnes de tpibus morte absumptus est. Quem ptinaci consensum frãci atq; germani scriptores a caroli magni impio ad hunc vſq; Ludouicum vixisse tradunt. Qđ si a fide non abhorret. tercentũ sexagita & vno ãno supstes in terris fuisse credendus est. Quo tpe i territorio beluacensi fromontis monasteriũ erigitur. Inter hæc galletus m̃omorensis comes cuȝ i vicinos agros grassaretur ducto admõceyum exercitu arceȝ rex euertit. Ea tempestate ab hierosolymis venere ad Ludouicum nũcij q ingenteȝ i xp̃ianos cladem fecisse turcos nunciarent & vrbes aliquot occupasse. Que res merori Ludouico fuit. Ea propter veȝelaij quod burgundiæ oppidum ẽ cõtracto cõsilio:recens xp̃ianæ pietatis a turcis acceptum i com-

Iohãnes de tpibus ãnos.ccc sexagita & vnũ vixit.

Expeditio in hierusalē.

modū p Bernardum clareuallēsem abbatē qui postea i nūero sctōrum relatus est renunciari iubet. Quo sapienter atq; venustissime elocuto rex imprimis charitate ac census suppetias rei xpianę laturū (crucis insigni assumpto) pmittit. quē secuta Alienora vxor & multi ex francorū nobilitate primores eodē deuoto astrinxerīt. Ad hāc longiquā expeditionē cū necessaria parāt. impator Cōrardus non dissimili aīo exercitū ex suis cogit. Sz qa difficillimum videbatur tā potentes & numerosos exercitus ex diuersis populis contractos concordibus animis cōtinere: eisq; vno tempore sufficere commeatum communicato consilio inter principes cōuenit alemānos prius / deinde frācos proficisci. Igit̄ p germaniā atq; pānoniā ducētes cum in thraciā peruenissent: in cōspectu constantinopoleos ciuitatis stationem fecere: vbi se ex diuturno labore reficiētes: emanuelem constantinopolitanū impatorē conuenerunt. cuz quo de rebus ad expeditionem præsentem ptinentibus colloquio hito: duces itineris ab emanuele acceperūt. Quos īconsiderate secutus conrardus graueз suorum stragē ab yconij soldano accepit. Qui de christiano exercitu nūcio accepto grādes ex oriente copias contraxerat: constitutis militum præfectis q conrardo occurrerent Græci eñ vię duces quasi paucorum dierū itinere capadocia transmissa ī terraз vberē cōrardū pducerēt monēt duodecī tm̄ dierū cōmeatū ferat. Cū ī lichaoniam pviarū angustias exercitū græci loco sterili statuissent inito cum turcorum satrapis clandestino tractatu: ī vasta solitudie Cōrardū relinquūt: atq; ita e castris noctu aufugiūt. ¶ Ducibus & cōmeatu destitutus impator: a pfectis militū cōsilium capit. Stat oim snia retro quaverant cedendum. Inter consulendū exploratores referūt magnas turcorū copias nō pcul abesse. Quo nūcio pterriti germani: quos & labor famesq; extenuauerat de rebus suis desperant. Turci vero alacres pharmone

duce nihil pigritant xpianos inuadere donec victoria potiunt. Traditū est emanuelis dolo gipsum farinæ admixtum fuisse: vñ panis quo vesceret xpianus exercit⁹ confectus est. Itaq; ex septuaginta milibus quos præter pedites Cōrardus secum eduxerat / vix ps decima supfuit. Impator cū paucis ad niceā vrbem se recepit. inde misso ad ludouicū federico sueuorum duce cladem nūciat. Re comperta Ludouicus ad conrardum comitante fœderico consolandi hominis gratia venit. fuit iter Conrardum Ludouicumq; longum & familiare colloquium deinde admissis primoribus aulicis cōuenit negocium susceptū iunctis exercitibus pagere. atq; postq̄ itineris non nihil simul profecti sunt imperator animo repetens suorum paucitatem / & q̄tum illi dignitatis atq; auctoritatis fortuna detraxisset: partē reliquiarum sui exercitus itinere terrestri ex epheso constantinopolim præmissa: ipse mari eodem se contulit. Ludouicus vero inde transiens ad flumen venādri castra ponit: cupidus manum cum turcis conferre. Dū eo loci stationem haberet miles francus: ab altera fluminis ripa iaculis fundisq; hostis nostros aquatione prohibebat. Sed reperto vado franci flumen traijciunt: atq; in turcos progrediuntur. Quibus ptim fusis ptim occisis aut captis castra eorum diripiunt. atq; ingentes inde opes exportant. ¶ Postridię habitę de turcis victoriæ vltra progredi acies rex imperat. Incedendi hic mos constitutus erat. Singulis aciebus ex primoribus satrapis vnus signifer præficiebatur. Eo autem die Gaufridus remacinus pictauus gerendi vexilli curam susceperat. Cui mandatum erat ad montem vsq; progredi qui in via qua iturus esset agmen editus videbatur. Et isthic castrametari. Signifer igitur in prima acie mouens: cum ad constitutum sibi locum ante solis occubitū venisset: ratus parum itineris illo die cōfecisse & lucis satis ad transmittendum montem super

Victoria de turcis.

Error signiferi.

esse dicentibus viæ exploratoribus nõ ꝓcul abesse planicies vbi statiua haberet vltra pgit. At postrema acies lẽtius incedens q̃ loc⁹ castris designatus ꝓpe esset: turcorum isidijs graui ẽ icõmodo ꝓfligata. Nã hostes postq̃ acies disiũctas ꝓgredi & primã lõge abesse vidẽt: iugũ montis occupare festinãt. Atq; in nr̃os qbus erat pvias angustas i montẽ cõscendendum adoriunt̃. Atq; adeo vsq; occidunt. donec nox præliũ diremit. Abeũtib⁹ ide cũ ingenti præda & captiuorũ nũero turcis: recipiẽtes se nr̃i cũ neq; de prima acie quicq̃ comptum haberent: neq; gnari viarũ essent: q̃d p dẽ sas tenebras agerent cõsultant. Cum placuisset forte fortuna iter pgere despiciunt i planicie ignes: quo signo admoniti castra suorum posita illic eẽ: ad statiõnẽ ęgre pueniunt. Tũ piculi magnitudine cognita: vt quisq; vel pr̃ez vel filiũ aut amicum desiderabat ita illachrymabatur & fiebat totis castris mœror & luctus. Redintegrato exercitu viribusq; receptis rex supatis montium iugis ad vrbẽ cui a frãcis satilia nomẽ inditũ est cõtẽdit. Est eñ ad mare sita potens: sed agri indigẽs ꝓpter turcorũ potẽtiã: q̃ ꝓximas arces occupãt, nec sinũt icolas terrã colere. Sũt tñ i tra vrbẽ feraces horti fructiferis arboribus cõsiti. Mercib⁹ porro & cõmeatu q̃ mari iportant̃ affati valet. In ea Ludouicus cuz sex exercitumq; aliquot dies curasset: relicto pedite q eũ terra seq̃ret̃ cũ reliquo exercitu ad sc̃ti Symeonis portũ mari delat⁹ est. vbi mare influit far fluuius q̃ anthiochiã interluit. Cognito Ludouici aduẽtu raymũd⁹ ãthiochen⁹ priceps magno suorũ nũero comitat⁹ regi obuiã venit. quẽ i ciuitatẽ regio appatu exceptũ honorabiliter habuit. Et eo curiosius id faciebat: q̃ potẽtia regis fretus vicinas quasdã alapiã cęsareãq; sibi iimicas ciuitates in ptãtẽ suã adigere sparet. Sz voto obstare Ludouicus dicebat q̃ hierosolymã prius videre astrigeret̃ q̃ aliquo se bello iplicaret. Regis rñso raymũd⁹ irritatus: ex eo tpe malo i frãcos aĩo fuit: ita vt in

Turci in nostros.

Vrbs fatilia.

Port⁹ sc̃ti symeonis

ſidias regi tēdere niterēt. Itaq; alienorā ſuā ex pr̄e nepte Ludouici vxorem illexit: dicere illicitū eſſe ſe ludouicū comitari q̄ eā cōtra eccleſiaſticas leges accepiſſet mulierē ſcʒ quarto cognationis gradu ei proximam. ꝓinde cupe ſe ab illo ſepari. Hāc vxoris cōtumaciā ęgre ferens Ludouicus q̄nquidem eā arctiſſime amaret / diu contendit eam ſecuʒ educere. Sed illa pertinaci aīo repugnās apud raymōdū remāſit. Quāobrē noctu egreſſus vrbe Ludouicus hieruſalem ſe cōtulit. Quo etiā cōrardus īpator hibernis apd̄ emanuelē cōſtātinopolitanū exactis aduenerat. Viſitatis deīde ſumma religione locis quos ſua p̄ntia & ſanguine xp̄s ſacrauerat principes aconē maritimā vrbeʒ ꝓfecti ſunt. Vbi conuentu hito de re communi & bello concordibus animis gerendo conſultāt. Quattuor erāt oīno in ſyria & paleſtia principatus qui a principibus chriſtianis per id tp̄s adminiſtrabantur. hieroſolymitan⁹ cui preerat balduinus rex: Tripolitanus: Antiochenus. Et rochenus eufratem verſus. Qui om̄s ſpem non puam ceperāt magnorum principū ope atq; auxilijs ditionis ſuę terminos proferre: q̄obrē donis in gentibus qſq; certabat p̄cipuʒ amicitiā demereri. Viſum ante omnia eſt ex vſu xp̄ianorum eſſe: damaſcum ꝓficiſci. Pręconis ergo voce edicitur omēs Cęſareā Philippi conueniāt: quæ ſyrie vrbs eſt in planicie conſtituta: iūctis ibi exercitibus per mōtem libanuʒ ordinato agmīe ad quartum a Damaſco lapidē caſtra mentanť: ex quo loco qui daria appellatur vrbs proſpici poteſt. Damaſco ꝓximi ſunt complures per quiq; fere paſſuum milia horti: ex quibus multa ciues cōmoda ad vitę alimentum percipiunt. Eos occupare nr̄is ī aīo erat. Quibus captis ſicut detrimētum plurimū īcolis accederet: ita adiumēti non parum noſtris afferreť. Nā cū vaſti ſint & aquarū fiſtulis ex ꝓxīo amne diriuatis irrigui: oīm̄ præterea fructuum genere feraces multa exercitibus atq; iumentis pabula ſuppeditare poterant.

Cōrardus īperator.

Cæſarea philippi. Damaſc⁹.

Igitur ex oi militũ nũero tribus instructis aciebus: primã balduynus hierosolymitan⁹. alterã frãcorum rex cõrard⁹ impator tertiã duxit. Erat ex ciuitate vna ad hortos via: & qua vector equus tm̃ cũ clitellis aut corbibus duci posset. et singuli horti maceria terrea circũuallati: angusta inter vtrosq; semita relicta difficilem præbebãt accessum. Et post quidem materias latebãt sarraceni q p macerias hortorum ex industria pforatas i adeũtes poterãt sagittas iaculari; neq; a nostris poterãt facile cohiberi. Ad hoc quisq; horti dñs turriculã in suo fundo extruxerat: quas eo tpe sarraceni & præsidijs & cõmeatu muniuerãt. Et ad hũc quidẽ modum horti arcis loco ab hoste tenebant. Procedens aũt balduinus cũ illo primus peruenisset: frequentibus sarracenorũ sagittis tardatus publico itinere relicto: ad deijciendas terreas munitiones alia via se cõuertit. Multis locis effractis macerijs sarraceni deprehendunt compluribus eorum interemptis captisq;. Reliqui p hortos excubabãt cognita balduini irruptione se fugę committũt. Occupatis hortis sarraceni id qd futurum erat cõiectãtes: fluuium qui pone muros Damasci fluit: ne in vsu nr̃is esset densis sagittarijs ad oppositam ripam complent. Quo facto nr̃os a flumine ꝓhibebãt. Sed postq̃ totis copijs digladiari nr̃i cœpert: hostem repetere damascum cõpellunt. Commissum ibi ab impatore ęgregium facinus memoriæ ꝓditum est. Cum impator pedes prælio iteresset: exertoq; gladio pugnaret: sarracenus qppiã ignarus qñã cõrard⁹ esset eum arctissime a collo præhendit At cõrardus tã valido ictu sarracenum inter collum armũq; sinistrũ pcussit, vt ab ea pte ad dexteram vsq; adacto gladio hoiẽ secuerit. Quo admirabili cunctis facto reliq exterriti pliũ sarraceni deseruert. Re ad ciues relata cœpert de salute desparare: iamq; plęriq; sarcinis quas exportarẽt cõgestis fugę se pabãt: at si forte subito oppugnatiõe pmerent: murosq; hostis superaret p muri am

Egregiũ imperatoris cõrardi factum

bitū qua obsidio erat tigna bonę crassitudis intra vrbē cōstituūt vt hoc repagulo impedit⁹ miles dum obstantia dimoueret ipi spatium haberēt dimigrandi. Sed nō placitum est deo xpianos tam isignē victoriam obtinere. Erant syrij quidam pceres qb⁹balduyn⁹ hierosolymitarū rex fidē habebat. Hos damasceni cōuenietes magnis ornāt donis.;pollicenēq; longe maiora si abhortis quos tenebāt xpiani i oppositam flumis ripam exercitū traducere possint. Negocio ab syris recepto ad prīcipes veniūt. Oñdūt lōge faciliorē obsidionē fore si ad alteram vrbis regionem milites locarent:psertim q eo loci debilior ciuitas esset. & hūilib⁹muris cōmunita:nō virgulta neq; arbores illic esse quibus a flumie phiberent: flumē pterea lentius illic fluere. Quibus cōmoditatibus accidere posse: vt ad primā oppugnationē vrbe potirēt Syrorū verbis creduli principes in eam ptē quo syri eos ducūt copias oīs migrare iubēt. Castris positis munitiōes cōtēplati: malis se cōsultoribus vsos esse itelligūt q a flumie pcul essēt / & hortorū bñficijs destituti. Itaq; cōmeatu egētes quo nec a syris iuuari poterant: neq; vrbē oppugnare munitissimā: neq; ad hortos vñ venerant regredi tētauerūt. Nā relictis a nr̄is hortis sarraceni multis sepibus atq; tignis vias pcluserāt / maceriasq; refarciuerāt: i eis tāq in arce firmissima se tutātes. ¶ Tot difficultatibus ipliciti pricipes & q maxime a syris pderētur obsidionē soluerunt. Cōrardus vero nō multo post i germaniā reuertit. Ludouicus in sequēti vere frāciā petit. Ad hūc modū duo dilectissimi exercit⁹ nulla re glīose gesta hostili ludibrio fuere. Hac ętate claruit illustris doctor Hugo de sctō victore. ¶ Dissoluto christianorū cōuentu: noradin⁹ ex infideliū turba potens princeps nihil cūctatus copijs coactis ātiochiam petit. In quem egressus raymōdus cū incōsiderate pugnat occidit. āno salutis. M.cxlviij. Comes vero edessenus dū se domuz recipere contendit interceptus in viculis situ & squalore

Frācos syrij decipiunt.

Hugo de sctō victore Raymūd⁹ occidit

lóci extinctus est. Tripolitanus quoq; comes a ficcarijs qbusdam cõfoditur. Ad hũc modũ bona palestię pars xp̃ianis erepta est. Ludouico ex palestina reuertẽti gręci occurrũt. Captũq; dũ p̃da exultãtes nauigãt georgiꝰ siciliẽsis nauigij rector ludouicũ ex hoste recupat atq; i siciliã ducit. Inde romã ꝓfectus rex galliam repetiuit.

Gaufredꝰ andegauiæ comes.

¶Regresso in galliã Ludouico gaufredꝰ ãdegauus comes & eius filius Henricꝰ q regnũ ãglię postea adeptꝰ est regem orãt suppetias illis ferat aduersus stephanu; anglũ qui normãniã inuste occupabat. Compato igiẽ exercitu rex i stephanum copias ducens nõ difficili negocio normãniã recupat: quã hẽrico restitutã / hẽricus vexiuium qd normãnũ appellaẽ regi dat. ¶Nõ mansit in fide hẽricus q ludouici cõtẽptor mãdatis pere negat Mox tñ cũ vernonẽ & nouũ mercatũ rex illi abstulisset simulata obedientia eas a Ludouico recepit. Eadẽ fere tempestate alienorã Guillermi pictauẽ. filiã petulãte; quide; fœminã rex dimisit: plerisq; asseuerãtibꝰ cognationis gradu Ludouico attiere duas l; ex ea filias suscepisset. Consultor (vt pleriq; asserunt) bernardo Clareualleñ. in ea re fretus. Quã a Ludouico dimissã Henricus vxore; desponsat. Que res initiũ fecit multis postea bellis. Nam ob eas nuptias aquitania / andegauia: cœnomãnia: & turonẽsis comitatꝰ Henrico aduenere. Quos principatus defuncto eius p̃re Henrico vna cum ãgliæ regno suscepit: potens aduersus frãcos effectꝰ. Genuit eñ ex alienora Richardu; / henricum / & Iohannẽ quos successores habuit & gaufridum comitẽ filiã primogenitã castellæ regi dedit vñ ꝓdijt blancha diui Ludouici mr̃. Alterã duxit bi;ũtinus impator. tertia; saxonũ dux accepit. Othonis qui imperio alemãnorum præfuit matrẽ. Quartã sibi copulauit tholosatium comes. Cæteru; rex ne sine liberis masculis vita defungereẽ cõstãtia; alphõsi castellę regis filiã ducit. Quę dum scdo ptu filiam alteram edit moriẽ. Huic supinduxit ali;am Theobal=

di blesen̄.filiaꝫ forma pudicitiaq; laudatissimam.❡Accessit iterum ludouico causa belli in aruernos gerendi propterea ꝙ guillermus podien̄.comes:& claromōtensis prīceps pręterea polliniaci vice comes:ecclesias peregrinosq; popularentur.Quos prælio victos in vinculis habuit.Mouit quoq; in cabilonensem comitem qui cum cluniacuꝫ spoliandi loci causa satellitibus stipatus ꝓficisceretur:cœnobitas sacratis deo vestibus ornatos cum multa plebe illi obuiam reuerenter occurrentes spoliauit:quin gētis ex populo interfectis.Quod flagitiū vulturus rex cabiloneꝫ & mōtē sācti vincentij q comitis erāt receptis:bipertitoq; principatu burgūdoruꝫ duci partē:alterā niuernorū comiti dedit.Hic tn̄ queꝫ postremo nominaui seditiosos veselai ciues in abbateꝫ pinconē qui eoruꝫ dominus erat concitauit:ita vt monasterium diuturna obsidione vexatuꝫ cœnobitę egre tuerentur:nisi regis auctoritate adnixi opem accepissent.Mulctati sunt ciues,septuaginta milibus solidoruꝫ quos compensandi dāni causa monasterio penderent. Niuernensis vero iureiurādo adactus est suo contētus esse & non deinceps persequi seruos dei.Sub hoc ludouico valdo lugdunensis ciuis ad modū diues atq; opulentus erogatis in pauperes diuitijs xp̄i paupertatem omnino imitari constituit.Hic cuꝫ litterarum ignarus eēt obtinuit ab eruditis libellos aliquot gallicos sibi cōscribi:vbi nonnullę doctorum sententię insertę essent. Quos postq̄ adeptus est:easq; suo sensu homo ydiota interpretatur docendi officium apud sui similes vsurpans:multis se atq; discipulos erroribus iplicauit.Fuit em̄ in prælatos ecclesię precipuo odio infestꝰ.Admonitus auteꝫ ab errore resilire.Oportet inquit deo magis q̄ hominibns obedire.Quare pertinax & delirus hereticꝰ anathema factus patria extruditur.A quo valdenses ad hunc vsq; diem nominati:sui pręceptoris multis per orbem locis tuentur errorem.

Belluꝫ in aruernia.

Valdo.


Am ęgregiſs geſtis deo hoībuſq; cōmēdatiſſimus cū eēt ludouic⁹ liberis tñ ifœcūdus prę cipua illi cura erat ſuſcipiendę ꝓlis.Eā ob rē hāc vnā ſollicitudinē tantū deo cōmittebat. Ergo exauditus: philippum ex aliꝫa ſuſcepit:cui ꝓpter ea ꝙ dei munere dat⁹ eē crederet adeo dat⁹ cognomiatus eſt.Verū priuſq̄ naſceret:quieſcēti patri hoc i ſōnis uꝫ apparuit.Videre viſus ē filiū calicē manu tenere hūani cruoris plenū:eūq; ſuis ꝓcerib⁹ ꝓpinare:ex quo ipſi biberent iperterriti.Quod viſum pater vni tm̄ henrico albano qui legationem apoſtolicam apud francos p id tp̄s gerebat retexit.Sed defuncto ludouico legatus rē ꝓpalat.Anno ſupiore q̄ ludouic⁹ mortem obiret:curat philippū regni cōſortē aſſumere.Quare remis ꝑductū magna pompa adoleſcenteꝫ ſacrare iubet:annum vix quartūdecimuꝫ agenteꝫ.Cui dū coronatur guillermus nouelli regis auunculus remorū primas & ſanctę ſabinę cardinalis romanus legatus affuit.Hēricus iteꝫ anglię rex ob eas quas a rege in francia terras poſſidebat obſequens ꝓ debito ſubiectionis philippo aſtitit.Sacro coronamēti abſoluto memor rex adoleſcens q̄ impie pleriq; per frāciam deierarent:& execrabili deum blaſphemia ꝓuocarent legeꝫ tulit:ſi quis eius ipietatis re⁹ cōpertus eſſet i fluuium aut paludeꝫ citra necē demittetur.In iudeos quoq; quorū erat p ꝓcēm franciaꝫ ingens multitudo ſeueritatē exercuit.Itaq; huic pfidę gēti impia cōſuetudo erat ſurreptū quotānis aliquē ifātē xp̄ianū i locū apd̄ ſe ſubterraneū ducere:atq; illū diu pœnis affectū:tādē die veneris ſctē crucis affigere:cōtenētes hoc ſuo imani facinore dei xp̄i mortē & xp̄ianorū religioneꝫ ludibrio hn̄tes.Quaꝫ rē poſtq̄ rex certo cognouit iubet ad.iiij.Kalendas martias oēs iudeos comprę hendi.Compręhēſos auro argentoq; atq; veſtibus ſpoliat.¶Erat inter bituriges ębes charetonius potens & iſignis prędo:queꝫ in dei ſeruos graſſantem philippus

Viſum de philippo auguſto naſcituro

Iudei puniuntur.

ducto in eum exercitu edomuit. Cōpescuit preterea ymbertū de belloico: & cabilonēsiumcomitem qui prę das ex sacris locis agentes viros religiosos magnis in cōmodis vexabāt. Proceres quoq; aliquot ad arma & se ditiones ꝑnos apud baruillaꝫ sibi audientes fecit: cum annos tantū quindecim natus esset. Quo tēpore ludo uicus ei⁹ pater quorūdaꝫ aulicorū suasu adduct⁹ philip pum in dyonisiano templo coronari iterum imperauit. Vbi ysabellaꝫ balduini hannonię comitis filiaꝫ neptem quoq; philippi flādrię comitis de Caroli magni ꝓgenię exortaꝫ Philippus rex vxoreꝫ accepit. Cui i perpetuam dotē philippus flādrię comes cui arthesium attinebat quia liberos non haberet arthesiuꝫ vsq; ad lisam amnē qui a fllandrēsibus arthesios disterminat attribuit. Pau cis post diebus ludouicus paralisis morbo iterijt: dū an nus agit salutis. Millesim⁹ cētesimus octgesim⁹. Elatusq; est i monasteriū de barbello qd viuēs extruxerat. Cu ius sepulchrū aliꝫa regina auro argētoq; supadditis gē mis ornauit. Quo regnāte tornacuꝫ que sub nouiomēsi ecclesia sexcētis fere ānis extiterat epālis sedes facta & Eugenio tertio romanū pōtificatū gerentē. Curato pa tris funere Philipp⁹ i iudeos iterū se cōuertit. Qui igen ti fęnore ciues ita obęratos sibi habebāt vt eorū prędijs ditati dimidiā fere ciuitatē vēdicarent; alios in custo dia penes se seruarent. plerosq; fortunis oibus disoluen di debiti causa spoliatos mēdicis nō dissimiles efficerēt. Domi præterea ex xpianis familiam continebant quo rum quotidianis seruitijs rem suam augebant. Et cum pignoris loco vestes & sacrosancta ecclesię vasa a cre ditorib⁹ suscepissent ea in sordidos vsus admouebant. His iudeorū iniquitatibus cognitis Bernarduꝫ anacho ritam qui in saltu vicennarū incolebat: hominē sāctita tis opinione clarū rex adijt. Rogat que de iudeis eius sententia esset. Bernardus optimū factu esse respondet si debita oia quibus xpiani erga iudeos astricti tenebā

Ysabella comitis annonie filia phi lipi vxor in dotem habuit ar thesij co mitatuꝫ.

Tomacū Iudei ite rum.

tur rex remiteret qnta oim debitorũ ad fiscũ (si volet) attributa. ¶ Anachoritę sñia rex confirmatus: prędijs possessionibusq; iudeos mulctat: edicto ad diui Iohannis baptistę termino quo iudei oẽs regno francorũ abscederẽt. Neq; dimoueri rex potuit. q̃q̃ multi ex primoribus hãc seueritatẽ moderari tentassent: iudeorũ muneribꝰ illecti. Itaq; cũ precibus locus nõ pateret: diesq; ad discessuȝ dictꝰ aduentaret: iudei distractis suis rebꝰ oẽs abierũt: pręter paucos q religioneȝ xp̃i ꝓfiteri voluerũt. Quibꝰ lauacri sacramento ablutis Philipus fortunas & libertatem restituit. Anno xp̃ianę redemptionis. Millesimo centesimo octogesimo secundo. Exactis e frãcia iudeis synagogas eorũ ad xp̃ianissimi ritũ cõuerti atq; dicari iubet. ¶ Est i via militari qua a parisio ad sanctuȝ dyonisiuȝ itur sacelluȝ lepra infectis attributũ. Quibus ꝓxime adiacebat mercatus reruȝ venaliũ. Huius fori ius a leprosis cõparatũ philipus intra luteciam statuit in eo loco qui cãpelli dicebaẽ. Vbi amplissimis ędibus extructis merces extrudi a mercatoribꝰ sine imbriũ molestia possent. Hũc mercatũ francivulgo hallas appellant. ¶ Ambiuit quoq; Philippus perpetuo muro saltũ vicẽnarũ cũ antea puius esset. ¶ Occupabat eadẽ tẽpestate viromãdiaȝ Philippus flandrię comes quã ad se ptinere rex optimo iure dicebat. Hinc bello exorto cõtracto tãdem ab alterutro principe exercitu. Comes sponte sua nullo cõmisso pręlio occupata restituit p̃ter Peronaȝ & sanctuȝ Quintinum. Quæ valida oppida comes quo ad viueret sibi conseruauit. Eius cõcordię autores fuerũt Theobaldus blesensis senescallus/& Guilelmꝰ remorũ pręsul. ¶ Nec miraculo caret ꝙ cũ ad Kalendas iulias in agro viromãdẽsi frumentationibus pabulationibusq; segetes late miles detriuisset: ita vt messis faciendę nulla agricolis spes superesset: tanta tamẽ frumenti & oĩs generis commeatus copia fuit vt duplicatas fruges messores receperint. Ceteruȝ vbi flãdrorũ

Iudei regno expellunẽ.

Mercatꝰ seu halle pisienses

Saltus vicẽnaruȝ.

Viromãdia restituiẽ Philippo.

Miraculum.

exercit⁹ cōstiterat oīa aruerūt.¶Inter has regis occupatiōes venere ab hierosolymis ad Philippū eracli⁹ patriarcha hierosolymitan⁹ & dom⁹ hospitalis prior:nūcij calamitatis quā salhadin⁹ egypti⁹ xpianis p palestinaꝫ ītulisset:locis aliquot nō sine nrorū cęde occupatis Cui icōmodo nisi catholici pricipes succurrāt res hierosolymitanas i hostiū ptātē breui relapsuras.¶His qrelis rex motus parisiū regni pōtifices aduocat.Quib⁹ cōueniētib⁹ edocet q̄ sit in syria xpanissimi stat⁹.Oportere queq; eorū per sua territoria populū admonere:vt misere xpianorū cōditioni suppetias ferāt:se qdem patissimū esse qui in primis auxiliet:si pñtiū reruꝫ cōditio admittat:sꝫ nihilo segni⁹ missurū se ad id ꝑnegociū viros strēneos cū valida militū manu.Oratiōe regis a pñtib⁹ laudata:paruo post tpe rex ex suis destinat q afflictis reb⁹ opitulenť.¶Ipe iterea i Hugonem burgūdū qui arcē vergij circūsęderat:i eoq; guidonē loci dñm obsederat copias ducit.Iaꝫ eñi Hugo turres quattuor nō ꝑcul ab arce erexerat qbus ab eruptione obsessos ꝑhibebat/atq; ptinacissime cōstituerat:nunq̄ īde abiturū priusq̄ arceꝫ recepisset.¶Sꝫ obstinatis sec⁹(ac cupiunt sępenūero)accidit.Rex eñ celeri⁹ hugonis opiniōe aduenies:spem obsidētis ītercipit:dirutisq; ꝑpugnaculis ītra arcē a Guidone recipiť.Sꝫ nec tāto icōmodo accepto Hugo populari ecclesias & mōastetia destitit q̄uis a Philippo ne id cōmitteret crebro ac monit⁹ extitisset Eā ob rē rex ad castillionē ꝑmoto exercitu arceꝫ vi expugnat.Vñ sibi timēs hugo regis gratiā ꝑpere ipetrare elaborat.Qua ipetrata:duob⁹ castellis ptāti regis ꝑmissis donec triginta milia libraruꝫ ecclesijs ꝑsoluisset Philippus parisiū regrediť.Vbi dū aliquot dies incolit ambulāti p palatiū fœtor quidā ex vijs publicis inferť: quo supra modum offensus cognito q̄ ex cœno lutoq; viarū ꝑcederet:vias lapidib⁹ pauire cōstituit:opus ꝑfecto ꝑpter vrbis magnitudineꝫ grande atq; arduum.

oratores a hierusalem.

Philipp⁹ in cōcilio parisiēsi.

Belluꝫ in hugoneꝫ burgūdū

Lutecia parisiorū lapidib⁹ sternitur.

Proptḗrea accitis ciuib⁹ & mercatorũ p̄poſito:negoci um dat vias ſternendi.Eodez ſtudio adductus:capelli patte q̄ & iportãdis venalib⁹ reb⁹:& ſepeliendis huma‐nis corporib⁹ ꝓxime ſacellum ſcti inocētis erat:ſepire quadratis lapidib⁹ fecit:eãq; ad ſepulturã tñ humanã deputauit.Per hos dies Richardus henrici angli filius cũ pictauiaz teneret:nec ide debitã Philippo fidez prḗſtaret;ſed doloſis dilationib⁹ i verba regis iurare cunctaretur:Philippus hois ad rebellionez inclinãtis aſtutiam nõ vltra tollerare conſtituit.Quare bituriges magnis copijs petens aquitaniaz ad caſtrũ vſq; Radulphi vaſtat.Ea re cognita Hēric⁹ vna cũ filio Richardo:educto in Philippũ exercitu:eũ ab obſidione arcis vi atq; armis dimouere cõtendũt.Quibus i cõſpectũ francoruz venientib⁹:in anglos ſe Philipp⁹ cõuertit:facta pugnã di poteſtate.Qua audacia territi hoſtes:mox ad regez legatos de pace mittunt duos cardinales:qui per id tē pus ad recõciliandos reges in franciam Roma aduenerant.¶ Promittunt anglorum nomine fidez regi preſtituros:& que ad ius fidelitatis ſpectant ex ꝓcerũ arbitrio facturos.Hac igitur cõditione accepta atq; indu‐cijs hincinde firmatis:ab armis diſceſſuz eſt.¶ Interim dũ de pace agitur:quidã introducti a richardo ſatellites:quos illa ḗtas coterellos appellauit:dũ alea ludũt/ qdã pditis nũmis blaſphem⁹ in deũ:dũ ſimulachrũ virginis filiũ dextra geſtãtis in tēpli veſtibulo aſpicit:iacto i imaginē lapide brachij ptē a filio abrupit:ex quo ꝓfluens cruor multis ḗgrotãtib⁹ ſalus fuit.Satelles aũt virginis cõtēptor demonio mox abrept⁹ eodē die ſpiritũ miſerabiliter efflauit.Nemo igit̃ venerabiles imagines ſanctorũ deſpuat/q̄ tametſi nihil i ſe diuinitatis obtinent:ſunt tñ ad monumentũ virtutis populo exhibitḗ admonentq; humanam mentem imitari eorũ ſpectatiſſimã vitam quorũ imagines in honore haberi vident. Quietis per franciam rebus nuncij iterum ex aſia adue‐

Cimiteri umſãcti. inocētis.

Bellũ i richardum aqtanię ducem.

miraculum.

niũt q̃ oĩa apud xp̃ianos qui ĩ syria erãt a salhadino ꝓfli gata esse.atq; ipsas sanctã ciuitatem vna cũ rege:& xp̃i crucem asportatã:tresq; tm̃ vrbes superesse:tyrõ:tripolĩ: atq; antiochiam:& castella pauca in fide stare.Qua per franciam calamitate vulgata mœrore oẽs affecti sunt. Atq; ipse in primis philipp⁹ tot malis cõdolens:p nuncios Hẽricũ anglũ in colloquiũ vocat.Cõuenientib⁹ regibus in planicię que a gisortio non ꝓcul abest.Tanta fuit tyri pręsulis suasu principũ charitas:vt nemo illos vllo tp̃e a perpetua pace discessuros formidaret.Itaq; cruce in hostes fidei desumpta:q̃plurimos pontifices & proceres populorum quoq; numerosam multitudinem vt idem faceret ꝓuocauerunt.¶ At tantã expeditionẽ cum pecunia deesset:cõuocatis parisijs põtificibus & nobilitate rex petit sibi annuã decimã ecclesiasticorũ ꝓuẽtuũ concedi.Quę postea salhadini decima appellata est Militi autem q̃ ęre aleno tenebat̃ pmissum est:contracti ad illum diem fœnoris libertatẽ habere debita vero trib⁹ terminis creditoribus persoluere. His ita in contione definitis tertio post mense Richardus anglus induciarum & iurisiurandi pręuaricator occasiõe sumpta ĩ Raymũdum tholosatem bellũ mouet.Quod postq̃ p raymũdũ nuncios philippus cognouit/promoto exercitu castrum radulphi busentaluz insuper & argentoniũ expugnat Leurontẽ vero secus paludẽ sitũ cũ circuncedisset tãta siccitate terra inaruit/ vt pal⁹ ipse aresceret. Aquarum igitur cuz iumenta atq; exercitus indigeret.nec vllus de cęlo ymber speraretur:mox eruptione aquę pluribus locis facta palus exundauit.Expugnatum leurontez rex ludouico theobaldi blessẽ.filio cõsobrino suo donauit.A leurõte ad mõtricardum exrcitũ ꝓgredi iubet.Quã arcez cũ aliquot dies circũsedisset tandẽ expugnat:icensis suburbijs:& turre grãdi& munitissima solo ęquata.Inde ꝓgress⁹ per aruerniam philippus:oĩa que angli regis in ea regione erant occupat.Tam multis in

Nuncij a hierusalem.
Cruce signati turcum.
Salhadini dcima.
Richardus turbitor expeditionis.
Nota.

cõmodis acceptis rex ãglus reducto exercitu p normã niaȝ cũ richardo filio abiẽs nõ pauca loca donec giſor tiuȝ veniſſet pdit &diripit.Nõ mľto poſt iteriecto tpe Richardus pictauẽſis cũ negatã ſibi ab Henrico patre Margaretã philippi ſororẽ q̃ apđ hẽricũ ad cõiugij ſpẽ aſſeruabaꝛ nõ ipetraret vxorẽ:a p̃re deciſcẽs ad philippũ ſe cõtulit p̄ſtita de terris quas in francia poſſidebat fide.¶In ſequẽti vere philipp⁹ cœpit in henricum belli diligens executor:copias educẽs:dũ iter in cœnomaniaȝ facit firmitatẽ bernardi cũ alijs quattuor munitiſſimis caſtellis capit:mox cœnomaniã ꝓgreſſus vrbeȝ circũualat:ex qua ſe hẽricus ꝓripiens:chinonẽ petit.Cœnomania recepta philippus turonos adoriꝛ vbi flumie ligeri ipeditus ipẽ lanceã manu apprẹhẽdens vadũ prẹ exercitu ſcrutans viaȝ qua ſui tuto pgerent mõſtrauit. Flumine traiecto:turonũ vi expugnat.Nihil tñ ſeuitiẹ ciuib⁹ iferri rex pmiſit.Duedecio poſt receptaȝ vrbem die p̄ſidio i ea relicto philippus exercitũ reduxit.Interi circiter.xv.Kalendas iulias hẽric⁹ angl⁹ apud chinonẽ defunct⁹ eſt.quo pſecutore diu⁹ thomas cãtuarieñ. dũ veſporũ officio itereſſet quattuor ſatellitũ miſterio qnq; vulnerib⁹ eſt trucidat⁹:quẽ beatorũ martyrũ collegio relatũ eccleſia veneraꝛ.Hui⁹ henrici ſepulchrũ apđ frontẽuallẽ viſiꝛ.¶Patri richardus ſucceſſit cor leonínuȝ appellatus.Atq; paulo poſt pace cũ philippo icta: rex q̃cũq; Henrico abſtuliſſet:richardo ſpõte ſua reſtituit.Receptis a richardo trib⁹ caſtellis:ipẽ quoq; liberalitate in philippũ vſus creſacũ eſſaudunũ & dolõnam donat que philippo ꝑpetua eſſent.¶Ordinatis ad hũc modũ reb⁹:reges de expeditiõe hieroſolimitana cõueniũt:vt iũctis claſſib⁹ i ſyriaȝ nauigarẽt.Anno igiꝛ ſalutis centeſimo octogeſimonono ſupra M.circiter feſtũ diui iohannis baptiſte:poſtq̃ apud diui dyoniſij ſepulchrum prẹces habuiſſet philippus:veſelaũ richardo comite ꝓfect⁹ ẽ.Ibi filio i tutela matris atq; auũculi temẽ

Richardus a p̃re deficit.

Philippi egregiuȝ factum.

Henric⁹ angl⁹ moritur.

Expeditione i ſyriam.

ſis legati apoſtolici relicto / ianuā ſe cōtulit. Richard⁹ vero marſiliā ꝓfect⁹ eſt. Compatis ianuȩ q̄ ad expeditionē cōuenirent. Cuꝫ mari ſe reges cōmiſiſſent orta tēpeſtate ps meſſanā. ps ad alios portus delati ſunt. Cum reges meſſanæ agerent Ioachinus abbas res futurȩ præſagus ad eos venit: vaticinatuſq; eſt nondū tp̄s aduenisse recupandæ hieruſalem. Nichilominus tñ hybernis exactis Philippus ꝓximo vere cuꝫ Richardus in mēſeꝫ auguſtuꝫ nauigationeꝫ differre ſtatuiſſet: educta claſſe aconeꝫ appulit. Quā miles xp̄ianus iaꝫ ſecūdo āno obſeſſaꝫ expugnare nō potuerat. Caſtris igiť acone poſitis Philippus vrbis muros lꝫ ꝓpe machinis diruiſſet: expugnare tamen locuꝫ ſupſedit: Richarduꝫ expectās. Hic cum aduenisſet / rogatus a Philippo vna oppugnationem facere: pnegauit. Neq; arbitris q vtriuſq; pricipis aſſenſu rei militari p̄fecti erāt obtēpauit. Tāto liuore atq; odio anglorum gēs frācos oēs hꝫ: vt lupuꝫ oui facili⁹ q̄ frācis anglū cōcilies. Itaq; (ſicut ego accepi cū apd henricū angliȩ regē hui⁹noīs ſeptimū: Caroli octaui regis francorū tūc regnātis legatiōis munere fūgerer) liberos ſuos dū p ætatē licet pleriq; i āglia pentes arcu ſagittas mittere iſtituūt: ꝓpoſitaq; illis frāci hoīs effigie. Age iquiūt fili diſce ferire & mactare frācum. Recuſante auxiliū richardo. cū obſeſſi Philippū oppugnationē parare vidētvrbē ſe dedituros dicūt: ſi cū ſuis fortunis ſalui abire ꝑmittātur. Admiſſa conditiōe Philippus adiecit liberādos iſuꝑ eē captiuos oēs q p egyptū & ſyriā a ſalhadino tenebatur. Atq; ipaꝫ xp̄i cruceꝫ i primis reſtituēdam: nō abituros hīc niſi hec oīa impleta pfeciſſent. ¶ Recepta vrbe diſtributiſq; iter pricipes captiuis philippus cū richardū ſuſpectū haberet: ꝙ cū ſalhadio p nūcios cōionē haberet a quo etiā donis honorareť: ꝙ q; ipe grauiť ęgrotaret: vocatis ſui exercit⁹ primorib⁹ i frāciā ſe reuerti velle dixit. Atq; ita odone burgūdorū duce exercitui pręfecto: tribus tñ triremibus a ruffino ianueñ. præparatis: i

Acō ciuitas paleſtine.

Richard⁹ pfidus.

Diſcedit Philipp⁹ ab acone.

appuliã nauigauit. Vbi post aliquot dies morbo leuat⁹ romã religiõis & voti grã ꝑfect⁹est celestio tertio rõanã sedẽ mīstrãte. ❡Post Philippi discessum richard⁹ captiuos quos ex obsessis hẽbat ad se duci iubet: cũ ab eis xpicolas & dñi crucem sicuti cõuenerat repetit: nec ꝓmisso se absoluere salhadin⁹ curat. milia sex ex vrbe eductos capite dãnauit. ❡Cũ i frãciã Philippus venisset: esset q; apd sctm germanũ de layo execrabile iudeorũ facin⁹ ad eũ delatũ ẽ. Apd brayũ castrũ iudei xpianũ quẽdam (quem furti aq; homicidij isimulabãt) captũ serto spineo coronauerant: deductũq; p oppidũ & multis verberibus affectũ tãdẽ cruci affigẽtes interemerãt ꝑmittẽte loci dña quam ipi mũeribus euicissent. Cognita iniuria rex nulla mora iterposita nescientib⁹ aulicis qd aĩo agitaret: ad braiũ ꝓpe se cõtulit. Moxq; portas & viarũ exitus a suis diligent obseruari ꝑcipiens: supra octogita iudeos cõphensos cremare iubet. Supplicio de iudeis expleto agente apd põtis aram Philippo lrãe ex syria ad eũ pferunt. Quib⁹ admonebat bartasim quendaz ex arabia in franciã richardi cõcilio ei⁹ necãdi grã missum esse. Qua re itellecta de se sollicit⁹ rex: diligentiore custodia vs⁹ est. Sz missis i syriam ad amicos legatis: qa id ab iimicis fictũ cognouit oi se suspitiõe absoluit. Atq; iiuriarũ qs a richardo accepisset recordat⁹ hoĩs pfidiã vlcisci festiat. Gisortio igr atq; velexio qd normãnũ dicunt occupato: tota deide normannia potit⁹ ẽ. Defuncta quoq; ysabella optia regia i ptu gemios enixa philipp⁹ stephano nouiomẽsi antistite ad caynũ dalmatarũ regẽ misso igebergã sororẽ regis vxorẽ duxit. Quã pisij receptã paucis iteractis dieb⁹ dimisit: occasione sumpta qp eius consobria eẽt. De qua re ꝓcurante cayno tãetsi legati aplici midas & cecin⁹ cardiales qrere mãdata recepissent. segniter tñ agentes / vel largitiõe regia corrupti: vel metu offendẽdi regis pterriti negociũ nõ absoluert. Ingeberga aũt licet diuortiũ iiquo aĩo ferret celebs tñ

Iudeorũ execrabile factum

Suspitio Syria. Philipp⁹ normãniam occupat.

Ingeberga dalmate regis filia philippi vxor.

Richard⁹ syriã reliquit: & diui martini canoni=

apud frãcos viuere q̃ alteri viro nubere maluit. ¶ At richardus angl⁹ relicta syria cũ in frãciã reuertisset in clerũ turonẽsem sęuire cœpit: exactis e tẽplo diui Martini sacerdotibus quos fortunis oĩbus spoliauerat. ad quam calamitatẽ philippus alterã addit. Nã oĩm ecclesiarũ q̃ in pricipatu richardi erãt bona diripuit. Expulsisq̃ e sacris locis dei seruitoribus p̃das sibi ex eorũ ꝓuentib⁹ fecit. Nec ab his que suę ditiõis erãt cõtinuit man⁹. Sz vectigalibus & crebris tributis oppressi t: dictitãs op⁹ illi eẽ grandi pecunia ob terre sc̃tẽ liberationẽ quã suis militibus ipartiret. Est em̃ oĩ peccãti p̃ns semp aliqua rõ quã suo p̃tendat errori. ¶ Cũ hæc in ecclesia dei ageret philippus richardi frater iohãnes qui sine terra nomẽ habebat: adiũctis sibi comite dalphin o & darõddello comite: & rothomagorũ pte ad castrũ valisruelli mouẽs arcẽ obsidet. Vbi postq̃ vix dies octo hęsitasset: supueniens philipp⁹ tam inspato i hostẽ irrupit vt capessentibus fugã normãnis castra deseruerint quæ fuẽrt i prædã francis. Paruo post tpe contẽptis iducijs cũ richard⁹ archas circũsedisset: philippus educto præsidio qd̃ in vallerueli hẽbat locũ diruit. Aduersusq̃ richardũ i de ꝓfect⁹: hostẽ ãglũ cũ normãnis ad dieppã vsq̃ fugauit: nauibus q̃ in statiõe erãt icẽsis. ¶ His hostiliter aduers⁹ anglũ gestis: cũ p iducias ab armis paulo cessatum est: richardus nulli⁹ ꝓmissi tenax violatis iducijs bellũ instaurat. Positis nõ ꝓcul ab essouduno castris: cũ acies cõgrediẽdi signũ expectarent: ecce richard⁹ paucis comitantibus ad philippũ spõte sua iermis accessit. fideq̃ p̃stitit se regis mãdatis pariturũ. Deide inter reges conuenit cõuẽtionẽ apd̃ vallẽruelli & castrũ gallardi ad nonas ianuarias hr̃e. Vbi & perpetua vt spabaẽ pacis formula dicta est & datis hĩcide atq̃ acceptis obsidibus firmata. In seq̃ẽti martio mense philipp⁹ mariã ducis bohemorũ filiã mr̃imonio sibi coniũxit. Moxq̃ richardi p̃fidia fractis iducijs: cũ arcẽ b trisoni dolo captã solo ꝓstrasset. Philip-

cos suis fortunis spoliatos expellit.

Philippi i sacerdotes seuitia

Vallisruelli castellũ a normãnis obsessũ & a philippo dirutũ.

Richard⁹ inducias violat.

Maria bohemorũ ducis filia philippi vxor

Richardi pfidia.

Guido thouard⁹ capit.
Nouẽ curtũ castrũ.
Balduin⁹ flãdr⁹ cũ Richardo iungit.
Reginald⁹ comes Bolonieñ cõspirat
Sctũs Audomarus et comes flãdrie.
Iudei i frãciam redeunt.
Philipp⁹ a clero pẽsiões exigit.
Philipp⁹ normanniã vastat

pus collecto exercitu dãmallã ꝓgredi festinat: vbi dux in obsidione distinet: ad nouẽcurtũ richard⁹ adueniẽs præsidiũ qd in eo arat ꝓmissis adduxit: locum illi ꝑmittere. Quẽ receptũ armis & cõmeatu munit. Inde i Philippũ dãmallã circũsidentẽ ducẽs: dũ loco regẽ sũmouere cõcertat. ipe a frãcis ferociter ipetitus fugat. Capto i fuga gydone thouardo viro apprime nobili & strẽnuo: frãci dãmallã repetẽtes arcẽ oppugnãt. Sꝫ dedẽtibus se hostib⁹ si istructi armis discedere liceret dãmalla recepta est: & arx solo equata. Gisortiũ deiceps adueniẽs & ꝓtenus nouẽcurtũ qd Richardus sibi rapuerat circũuallẽs multo suorũ ꝑiculo expugnauit. ¶ Pugnãtem aduersus ãglum alia Philippuꝫ sollicitudo turbauit. Balduin⁹ enĩ flandrensium comes ad Richardum desciuit: quem præterea secutus reginald⁹ comitis dñi Martini fili⁹: mĩtas francis incõmoditates hipariter inuexerunt: q̃q̃ ipe reginaldus nuptijs dñe boloniensis atq; ipo comitatu pauloãte a rege honorat⁹ auctusq; extitisset. ꝑ has belli tempestates sctũs Audomarus arthesij isigne atq; munitissimuꝫ oppidũ i ꝑtãtẽ Balduini venit. Iudeos autem eiectos frãcia Philipp⁹ ꝑisium reduxit pecunię forte iter tot belli impensas egens. Nam & de ecclesijs vectigalia pẽsionesq; ãnuas reclamante clero excepit. q̃obrem maiore q̃ vllo tpe bello mox implicitus ẽ. ¶ Itaq; richardus nũeroso instructus exercitu gisortium mouẽs oẽm ꝑ ambitũ regionẽ populat: corcella arce ad solum cõplanata. In quẽ cum copias philippus duxisset primõ aduẽtu hostis illũ ne gisortiũ peteret ꝓhibuit: sed aĩos tollens Philippus: cuneo fcõ ꝑ acies hostiũ perrũpens gisortiũ ingressus est: qbusdã ex suis aulicis atq; ꝓceribus ab hoste iterclusis captisq;. ¶ Deinde abeunte i normãniã richardo: philipp⁹ hostili agmĩe normannos isecut⁹ ad nouũburgũ & bellũmõtem rogerij vsq; ꝓgressus vicos cõplures ferro igneq; vastauit. Repetente tãdem frãciã Philippo: cũ i tellexisset richardus illũ exercitum

eum multa occultis dolis & cogitasse & perpetrasse. Cuius ꝓditionis maxie cōscius esset iaquet⁹ ru⁹ nauarri cubicularius: qui p eos dies missus in frāciā iter facere cōstituerat. Hic vbi in frāciam venit: dep̄hēsus in vincula coniect⁹ est: penes quē repert⁹ est codicill⁹ dolis inscriptis aduersus carolū cōceptis. Et cum per id tēp⁹ carol⁹ nauarri fili⁹ securitate a rege accepta Siluanectum / vbi rex francus agebat accessisset: cōtenderetq; multis præcibus iaq̄tum liberare: patefactis illi q̄ ip̄e cōmiserat flagitijs. nō mō inquit tā p̄ditum hoīem absoluere nō possumus: sed instituimus possessiōes a patre tuo quę in regno meo sunt recipe: & illis p̄sidium ex meis collocare: qui mihi fide integra obsequanť. Venerāt cū nauarri filio balduin⁹ beloferrādus in cuius ptāte cōplures nauarri arces atq; oppida pseuerabāt: qui tametsī iureiurādo fuisset addictus eas regi dedere. satius tñ visum est illum sine custodib⁹ nō dimittere: donec re perfecta fuisset iuramēto liberat⁹. ℂ In normāniā a rege ob id missus philippus burgūdię dux: cū arces frustra repetit: obstinatis ad rebellionē qui eas tenebāt militib⁹: vi atq; armis philipp⁹ a bertrādo adiutus recupat: capto apd bretolium Petro nauarro cū maria eius sorore: quos asseruatos rex hōestissime haberi: & cōplura ex locis receptis dirui iussit. ℂ Dum hęc a philippo in normānia geruntť / petrus de tertro nauarri scriba caroli iussu in bernaci arce dep̄hendiť / conscius malorū quę nauarrus ī carolum coniurasset. Sumpto igiť de eo / deq; iaqueto duro supplicio / eorū singula cadauera q̄drifariā exsecta / añ quattuor parisij primarias portas furcis appensa sunt. ℂ Moriť p id tp̄s Gregorius vndecimus q apostolicā sedē rōanam reduxerat auiniōe relicta. Cui dū p̄res cardiales successorē deligere cōstituūt: romani ne gallus aliqs iterū sumereť tumultuātes: bartholomeū de aq̄la (aduersante magna cardinalium pte) pōtificē declarāt. Quāobrē dilapsi roma cardinales fundū petūt: vbi clementē septi= Gregori⁹ xj. moriť.

mum pontificatui pficiūt. Quā rē cum patres carolo miſſis nūcijs demonſtraſſent carol⁹ clemētis ptes ſecut⁹ eſt amicis ſibi principibus ſcribens / vt idē facere dignarent. Sed rex bohem⁹ atq; flādrenſes nō ſtatim acquieuerūt: bartholomeo fauentes. Et carolo romanorū ipatore defuncto: fili⁹ ei⁹ romanorū rex vt in demortui pr̄is locū veniret bartholomeo adherebat a quo impij dyadema recipe ſperabat. ¶ Per eoſdē fere dies iohānes de mōte forti quem anglos ſecutum fuiſſe mēoraui: & eis p ſuperiora bella auxiliū aduerſ⁹ frācū regē tuliſſe: ad ſenat⁹ p̄lamenti iudiciū tertio vocat⁹ cū n ōveniret / ducali dignitate priuatus ē: bona ei⁹ publicata. Accitis inde aliquot ex britonum nobilitate pceribus: iter quos primores erāt iohānes rohan⁹: iohānes lauall⁹: & cliſſon⁹ qui arces oppidaq; regionis tenebāt. Carol⁹ eos docet que de Iohāne montiſſortem ſi ob ei⁹ pfidiā decreta fuiſſent: vellēt loca quibus prefecti erāt tollēdi belli cā ptāti ei⁹ pmittere. Carolo ita ſuadenti pceres ſe obtempaturos iurant. At poſtq̄ dimiſſi a rege in britāniā rediere: rohan⁹ ipr̄imis Iohānem mōtiſſortēſem ex anglia reuocare feſtiat pſidia locis frācie finitimis iſtituens. Ea re cognita andegau⁹ dux imperāte carolo fratre copijs cōtractis eo cōtendit. Venientes rohanus vanis legationib⁹ differt: cōcordiā tātiſp ſimulāt vt re ipſa poſtea cōpertū eſt: donec iohānes montiſſorēſis ex anglia aduētaret. Quo tādē cū manu anglorū ad britones appulſo tametſi multis coitiōibus pacē querere videret: nihil tamē effectū eſt. ¶ Dū apud britones andegauus dux fruſtra tp̄s terit: flādrēſes ſuo more iterū a comite diſceſſionem faciunt: occiſoq; gandaui preſide / quem illis comes prefecerat: tripartitis copijs aldenardū / ypras / atq; aloſtum eodem ſimul tempore inuadunt. ¶ At philippus burgundie dux comitis gener: tonarcū pfectus aldenardum nūcios ad flandrenſes mittit petens vt ad colloquium die inſtituto venire ad ſenō abnuāt. Venientibus inter tornacum

Iohēs de mōtefor- ti ducatu britānie priuatur.

Flādrēſes a ſuo co- mite deficiunt.

aldenardūq; burgūd⁹ cōicat. Tandē cognito quid illis doleret: philipp⁹ cōditiones reconciliatiōis proposuit. Quib⁹ scripto commendatis & iuramento roboratis. comes discessionis autoribus veniam dat. Fuit p̄terea apd̄ mōtempessulanū cędes / a ciuib⁹ truculēter occisis octoginta viris īgenuis atq; nobilib⁹. Inter quos fuere Guillermus pontellus eques ādegauorū ducis cancellarius. Guido desserus: & arnoldus eiusdem loci prętor. Cędis cā hęc fuisse memorat̄. Erat in ꝓuincia narbonensi (cui linguæ ochitanę nunc nomen est) Ludouic⁹ andegauus Caroli frater positus a rege gubernator. Cuius nomine cum ob bellum quod in ea regione gerebatur pensuꝫ magistratus exigerēt: seditiōe facta sanguinarij ciues eos trucidarunt: deiectis in altos puteos cadaueribus occisorum. Tam detestabile flagitiū nō pręterierunt impunę. Nam armatis instructus dux ad montempessulanum cū aduenisset: omīs populus fletu / moerore / lachrymisq; cōfectus: vrbe egressus & loci consules funes ex cānabe collo tanq̄ morti obnoxij gestantes / per vias ꝓstrati duci obuiam pergunt: miserabili clamore ignosci sibi flagitantes. Assistebant duci cardinales aruerniæ cum pōtificis Clementis oratoribus: qui eo placādi ducis causa cōuenerāt. Postridie aduentus ducis in vrbē ipse in tabulatum quod ei in foro editum erat: compluribus præcipua dignitate viris comitatus conscēdit. Ex quo ab omni plebe cōspectus cum graueꝫ admodum in ciues sniaꝫ tulisset: sublato rursus clamore populus veniā frequēter repetebat / quorū flebilib⁹ votis cardinalis oratoresq; pōtificis accedētes animū tandē ducis inflexerunt: sententię seueritatem rigoremq; moderantes. habuit igitur locum miseratio. Nā cum sexcenti necis iudiciū excepissent: soli cędis auctores & qui operam sceleri nauassent: regis arbitrio reseruati sunt. Cūq; oīꝫ icolarū bona fisco deputata forēt: dimidiū remissū est. armis oībus q̄ apud illos extabant deditis: pēsata īsup ad plenū impēsa quā

Cedes apud montepessulanum.

Cedis vindicta.

dux ob hmõi cædem sustinuisset. ¶ Erãt etiaȝ tum p linguã occitanã ex reliquijs supiorũ bellorũ aliquot populatores q regionẽ quotidianis p̃dis vexabãt. Aduersum hos incolæ a carolo auxilium petũt: duplicatũ vectigal ad belli onera pollicentes. Missus cũ copijs guesceluinus cum ad nouũ castrum non lõge a belcaro qđ ab hoste tenebatur / obsidione destinet: morbo occupatus octauo post die defunctus est. Nihilominus tñ q in p̃sidio erãt castellũ spõte dedidere. Non quieuit per hos dies Richardus Edouardi filius nouell⁹ ãgliæ rex: sed traiecto ex anglia callisiũ exercitu. Thomas Edouardi fili⁹ octo circiter hominum milibus stipatus / arthesiũ / viromandos / suessiones / cathalaunos / trecẽses / senones / vastinium / blesiam / perqȝ bonamuallẽ incursantes: abductis aliquot claris equitibus: ad britones cõtenderunt quos Iohannes mõtifortensis alacriter excepit. Fuit a flãdrẽsibus in suũ comitem belli mot⁹: quem non magno negocio comes repressit: captis ypris supplicioqȝ affectis q rebellionẽ excitarãt. ¶ Sed interim caroli mors multoruȝ incommodorũ cãm frãcis iportauit. Nã pace & bello cũ reipublicæ fuisset ac cõmodatissimus insequẽs tp̃s beniuolẽtiã vnanimitatẽ charitatemqȝ discordijs & grauissimis inimicitijs commutauit. Eniuero puidus rex vbi se mala valitudie esse sensit: liberos quos iuniore ętate duos Carolũ & Ludouicum relinquębat philippi burgundię ducis fratris sui iunioris / & ludouici borbonẽsis tutelę commisit. Regni vero gubernacula ludouicũ fratrẽ seniorẽ ãdegauorũ ducẽ moderari constituit: donec carolus cui ex primogenitura regnũ debebat ãnũ quartum decimũ ageret. At sapiente rege apud beautã defuncto (sapientis em̃ appellationẽ emeruit) aliud atqȝ aliud decretũ est. Mortuu⁹ aũt apud vicẽnas ad diuũ ãtoniũ cãpestrẽ delatus est. ibi aliquot dies asseruat⁹: dum fratres eius tres aduenissent. Dum ex æde diui Anthonij funus effertur: scholastici studij Parisiensis qui spectan-

Guescluinus morit

Excursiones ab anglis.

Carolus quit⁹ moritur.

Scholasticorum tumultus.

di cā frequētes aderāt: a seruiētib⁹ hugōis aubrióti pari siaci ptoris: quia forte pcedētē pōpā ipedirēt ppulsi: i pretorē atq; i seruientes tumultuati sūt. Quorū aliquot qui deprehēdi potuerūt i vīculis habiti sunt. Sed paulo post regis filijs restituti. Caroli cor rothomagi: reliquū corpus apud sanctum dyonisium. Anno dñice pietatis. Millesimo.ccc.lxxx. sepelitur



E successore tametsi minime dubitaret: quia tamen maiori natu Carolo qui sextus appellatus est: etas nōduz idonea erat: & regno rectores: tutoresq; liberis pater istituisset: neq; de ipsa istitutione inter principes bñ cōuenire et: acciti ex toto regno pceres parisij coierūt de sacrādo nouello rege cōsiliū capturi. Dicebant eñ pricipes cōsultore Petro dorgemōto: neq; sacrari añ annū quartūdecimū regē oportere: neq; cōducere reipulice vt tātile etatis adolescēs rerū curā susciperet. Ita Carolū patrē arbitratū esse & lege firmasse. Fuere cōtra pleriq; ætate & doctrina spectatissimi homines voluētes animo tū pñtiū rerū: tū futurarū calamitatē. si multis rectorib⁹ regnū ageret: breui & cito finituro susceptæ administratiōis tpe: quēq; sibi potius q̄ reb⁹ cōib⁹ cōsulere opes cumulare: amplificare principat⁹: emulari inuicē: & inde factiōes gigni. Raro quidē euenire vt multi sine cōtētiōe rē quāpiam simul administrent. Quod si vnius regis noīe atq; imperio respublica guberne: facile esse vt ad vnū oēs cōcordib⁹ animis respiciant. Ea pter opere preciū fore: Carolū natu priorem sacratū iri & oīa suis auspicijs atq; nomīe geri. Neq; obstare patris legem: quam si ad pnicīē inclinare cōiectasset: ipē tollendā inprimis cēsuisset. Legibus dum populo cōueniunt vtendum: dum officiūt abstinēdū. Hæc sentētia cū multorū: tū Iohānis de marsijs fuit in quam facile venit ludouic⁹ andegau⁹. Reliq vero fratres (adnitente petro dorgemōte) legem a patre latam magnopere tuebantur. Nec parū abfuit quin ad dissentionē bel

Cōsilium capit de carolo sacrando.

humq; irritati ꝑpe animi spectarẽt. Nã; ex eo tpe quisq; sibi armatos parabat: & hostis angl'nunc ad aquitaniã: nunc ad britones: inde in normãniã; arthesiumq; & per omnes maris oras copias suas dimittebat. Dum inter tã repugnantes sententias nihil decerni posset: contio dissoluta est. Sed intercedentib' nonnullis optimis & sapientibus viris: arbitri de principum voluntate delecti sunt: qui examinato diligenter negocio tantam rem cõponerent. Arbitris cõuenientib' dictum est Carolum sacrandum esse & regẽ appellãdu;: suoq; nomine gerẽda agendaq; oia esse fidem illi a ꝑcerib' & subditis pręstãdã: bellum nõ nisi suis auspicijs parãdu;. Adolescẽtulos Carolũ & ei' fratrem Ludouicu; curæ & ꝓuidẽtiæ burgũdorũ & borbonij ducũ credẽdos: q eos vt regios liberos decet: educarẽt ad tẽp' vsq; pubertatis & docerent. Omnẽ regiũ fiscum in ęrario regio deponẽdu;. suppellectilem vero oẽm & quicquid Carol' mortis suæ tẽpore: auri argẽtiq; possidebat: assignata regi iusta portiõe: ludouico andegauo cõmittẽda; qui interim dũ rex adolesceret regẽtis tm̃ nomine vteret & reb' cõmunib' gerẽdis vocat' adesset. His ita ab arbitris definitis principes assenserunt & lex ĩpa in vulgus ꝓmulgata. ¶ Quietis compositisq; regni primorib' cum stipẽdia militib' nulla soluerentur: nõ sec' ac hostis prædis stuprisq; populum milites vexabãt. Quãobre; rura vicosq; agricolę deserentes: in oppida arcesq; fortunas suas cõtrahebãt. Nec aduers' militum crudelitate; valuit regẽtis auctoritas q̃q̃ vocatos ad se pręfectos militum sępenumero minis terrere tẽtasset. Hinc plerisq; locis tumultuat' popul' est: & seditiões exortæ. Parisianos tũ benignitate atq; modestia sua regẽs sedauit. Nõ erat his dieb' ad militiam (mortuo bertrãdo) conestabilis. Hũc magistratu; instituendũ a se rgens dictitabat: contra sentiẽtibus burgundiæ borboniiq; ducibus: eum quidem regentem nomine tenus esse: sed ad regem omnia referri oportere,

Milites sine stipendijs oia populant

De conestabili instituẽdo cõtentio.

Erat tunc melduni Carol⁹: vbi armamentuȝ patris erat & magna suppellectilis pars. Enimuero adolescentulus rex armis delectabatur speciosis / & de re ipsa patri aliquando specimen prębuerat. Nam proferente illi patre coronam & cassidem rogatus vtrū mallet: cassideȝ optauit. Cui non dissimile mox factum suis aulicis exhibuit. Itaq; propositis coram pręciosissima patris suppellectili: atq; diuersorum armorum generibus: arma sibi pluris q̄ diuitias esse respondit. ¶ Futurorum vt ipse auguror in cōmodorum omen. Naȝ nulla superiorum regū ętate ꝓpius ad excidiuȝ respublica francorū ꝓpendit: q̄ hui⁹ & filij ipsius temporib⁹. Dedit & aliud magni animi signū.

Magni animi in rege indicium.

Erat cardinalis quidam roman⁹ Ambianēsis appellat⁹ qui autor fuerat augendi census & tributi. Et seuere aliquādo Carolum dum adhuc viueret pater: tractauerat. Quā rem tunc recordat⁹ Carolus ad Sauosium qui prope astabat. Ecce iaȝ inquit Sauosi de hoc sacerdote libe ri erim⁹. Quo verbo territ⁹ ambianensis cōfestiȝ per duacum Auinionem se recepit: exportato ingenti thesauro quem sibi ex publico cōtraxerat. Illud siquidem nōnunq̄ compertum est inter frācos pl⁹ damni in rem publicam inuehi dum sacerdotis consilio res agit̄ q̄ cū prudens aliquis ex seculi nobilitate rebus gerendis pręficitur. Ille em̄ nescio qua insatiabili ambitione omnia sibi vendicat. Hic populi misertus & communitatis detrimentuȝ suum esse rat⁹: reipublicę bene vt potest consulit. Ille fastū & pōpam ex dignitate metiens: eo audacius diuitias congerit: quo minus vltionem timet ecclesiastica libertate protect⁹. Hic autem opes suas cuȝ respublica cōiunctas esse non ignarus: ex publico incōmodo priuatuȝ quoq; auguratur. nam q res suas ex reipublice statu confiderat. illas sine hac nequaq̄ strae posse intelligit.

Cardinalis ambianensis fugit.

¶ Sed ad connestabilē redeo. Erant omnino duo apud regem strennui & magni ad bellū nominis ꝓceres. Sancerrus comes; & Clissonus britoni ꝗ nobilitatis clarus

eques. Interrogat⁹ sancerr⁹ an conestabilis magistratū gerere vellet. Rñdit in eo magistratu Guesclinū ita se gessisse: vt nemo post illū memoria dignū quicq̃ exhibiturus esse facille videret. Igit̃ ad Oliueriū clissonū dignitas (rege tribuēte) delata est. Cui mox negociū fuit: contractis copijs regē in remos quo sacrę vnctionis cā profecturus erat p̄cedere. Hūc rex multorū ducū procerūq; frequētia stipat⁹: pten⁹ secutus est. ❡ Pręerat regio ęrario sauosi⁹ rarę probitatis homo. Hūc abeūte melduno rege: andegau⁹ regens: cōpręhēsū reuelare regiū thesaurum morteȝ cōminat⁹ cogit. Erāt i ęrario auri solidi laminę: & aliarū præciosarū rerum ingens copia: q̃ pariter ęstimata cēties octogesies centena milia aureorū nūmū efficiebāt: que (supputatione frācorū more facta) decē & octo milliones cōstituūt. ❡ Thesauro recepto Ludouicus ādegau⁹ remos petit. Rege cōsecrato cū ad cōuiuij locū vētū est (id em̄ in ędibus archiepi apparatū erat) pricipib⁹ incidit de sessionis ordine atq; prelatione controuersia. Nā andegauus ętate grādior philippo anteire cōtēdebat. Philipp⁹ parē & pariū decanū se esse: atq; propterea primā sibi post regē deberi sedē argumētabat. Eā litē consultatiōe procerū habita rex diremit & philippo recubitū primū: quaten⁹ ad pręsens negociū attinebat: decernit. Qua re offensus. Andegau⁹ regi proximū nihilominus locū vsurpat. At philippus nihil cūctat⁹: medius inter regem andegauūq; insilit: recubuitq;. Quo vel facto vel audaci temeritate audacis cognomē adept⁹ est. Reuerso ex remis parisiū Carolo: sācti pauli comes i psi dię suspitionē icidit q̧ rege incōsulto Richardi angliæ regis filiam sibi vxorem desponsasset. Sed prętensis excusationibus vtcūq; purgato: rex veniam comiti dedit. Qui mox in bureū riuarium liuorē exercens eum detulit ad anglos litteras dedisse vt eos in frāciā acciret. Quam obrē a curia bureus abstinēs. Clissono rę̃ patefecit. Qui cum amicus esset regem conueniens bureum q̃ maxime

Oliueri⁹ clisson⁹ conestabilis

Thesaurū regiuȝ ludouic⁹ andgau⁹ accipit.

Cōtētio inter principes de ordine sessionis.

Liuor.

potest excusat:& q̄q̄ multi aulicorū aduersarent̄: grām
tamē amico ipetrauit.¶Interiꝫ milites per agros popu
lum grauare nō desinebāt:& duces fratres Ludouicus
philippusq; simulate agebāt clā alioqui furētes: & alter
alteri detrahētes.Itaq; Ludouico dolebat:regētis tātū
nomine sine vllo dignitatis cōmodo potiri.Cōtra autē
philippus querebat̄ illū regiā suppellectilem thesaurūq;
vsurpasse:& nullā ide regi portionē ipartiisse.Hic timor
oib⁹ erat ne principum ira belli flāmas excitaret·Ibāt ꝑ
pterea inter vtrūq; suasores ad beniuolētiā & charitatē
prelati:& qui inter ꝓceres pacati animi erant in amici-
tia fratres cōtinere studiose conabātur:de qua re orōnē
ad principes habuit iohānes maresi⁹ doctrina & facun-
dia spectat⁹.¶Tādē sopitis odijs i mutuā fratres cha-
ritatē rediere.Cōciliatis principib⁹:humilis quędam ex
parisianis plebecula nouis furijs acta est:querēs se vecti
galiū magnitudie premi.Itaq; ꝑpositū mercatorū aggre
diēs ad cōtionē venire hoīeꝫ cogit.vbi vn⁹ e plebe audē
tior vice m̄titudinis petit/ pensiones & vectigali tolli.
Quod quādoquidē oli postulassent nec fuissent exaudi
ti iā adesse tp̄s satis illis factū cū esse oporteat.Cōcitatę
multitudini pleriq; sobrie obsistere cupiētes:rati si res
i crastinū deferretur cōpesci furorē posse:i posterā dieꝫ
negociū remittebāt.Qd itelligēs quidā veterū calceo
rū sutor:temere exurgēs pōpa inquit aulicorū & fastus
i humeros populi recidūt:& que ab illis per luxū ꝓfūdū
tur:dāna nostra & calamitates sunt.Hanc vilis opificis
temeritatē arguere ausus est iohānes dormān⁹ regi⁹ cā
cellari⁹:obtinuitq; in alteram diem postulata transferri.
¶Non restrinxit mora furorem.Enimuero redijt postri
die cōcitatior plebs & petita ex regis proximorūq; eius
sentētia reportauit.Et vt sedatior domuꝫ plebs repete-
ret:ad illā adhuc fremētē cōcionari iohāneꝫ maresiū Ca
rolus iperat atq; causas memorare quāobrem census &
vectigalia reipublicę moderatoribus pendātur.Opor-

Miles grassat̄.

Simultas iter frēs.

Iohānes maresius

te)eos icrepās vah iquit milites: quis vestros animos pa
nor iuasit: superamus eīn numero frācos: quare non du
bium est si aio nō defeceritis: virtute quoq; superiores
fore. His ductoris verbis animatus angl⁹: icredibili per
tinacia restitit.: tanta sagittarum multitudine agens vt
ęther ipse sagittis nō secus ac nubib⁹ tegi videret. Itaq; diu fuit pugna anceps vtrisq; accerrime pugnantibus. Tādē multis saucijs: multisq; occisis & captis: frāco an
glus cessit. brestūq; fuga petēs prelio īposito & vulnera
tis q se illic curarēt relictis ī angliā traiecit. ¶ Inter hęc
animaduertēs pricipes ęrari tenuitacē & regios sensus
esse exiguos vocatis ad se ciuium parisiensium primori
bus: de vectigali exigēdo consultāt. Cū vero placuisset
ex quaq; veniētiū rerū libra solidū vnū exigi. Idq; pari
sijs rothomagi pariter & ambianis ꝓmulgari rex īperas
sisset: plebs vniuersa vectigal pendere pnegauit. ¶ Acci
dit per hos dies res cognitu digna. Siluanectū Carolus
venādi cā se cōtulerat. Canū latratibus excitat⁹ ī fugā
ceruus: ęneā torquē collo gerere vis⁹ est: quē venabulis
aut ferro appeti rex ꝓhibens in casses & rhetia cōpellit.
Erat i torq̄ lr̄is latinis iscriptū. Hoc me cęsar donauit.
Interpretātib⁹ nōnullis id de iulio cęsare intelligēdum.
Sed tā lōga ceruis ætas tributa non est: vt a iulio in hoc
tp̄s durare ceru⁹ potuisset. Ad aliū ergo iperatorē refe
ratur oportet. q̄nquidē a primo illo Cęsare quāuis ipera
torē cęsarē ꝫpellari vsus atq; auctoritas obtinuit. ¶ Ex
eo tēpore Carolus ceruū allatū aureā coronā collo ge
stantē ꝓ insigni habuit: & regijs insignib⁹ quę lilijs au
reis trib⁹ cōstant: hinc atq; hinc duo ceruī apponi con
sueuerūt. ¶ Per eos dies cū de romano pōtifice cōtro
uersia agitaret: accessere ad regem Bohemiæ castelleq;
oratores vrbani ptes aduersus Clemētē septimū quem
rex sequebat defensuri. Quib⁹ per Andegauorū ducē re
spōsum est: regem nō ita affectū clemēti esse quin veri
tatē sequi velit. ¶ Daturū opam vt ecclesiæ pax sedata

Pertinax pugna.

Cōsilium de vectigalib⁹ exigendis.

Ceru⁹ inuentus.

Ambitio cardinalium.

discordiũ põtificũ cõtẽtione (reddatur. Responso accepto oratores abiere. Hęc reuera de romano pontificatu altercatio multis in cõmodis tuʒ alias nationes tũ gẽteʒ gallicaʒ vexauit. Nã cardinales triginta Clementis causaʒ secuti: exploratores per frãciaʒ cõstituerãt qui ecclesiarũ opulẽtiores prouẽtus iquirerẽt: quas rectorib⁹ vacuas mox sibi a Clemẽte obtinebãt. Tulit quoq; Clemẽs de vacaturis ecclesijs legẽ quã expectatiuã gratiã appellauit: qua adipiscẽdas morte possessorũ ecclesias: fas iusq; expectãti p põtificẽ designato erat. ❡ Solis ex hac lege cardinalib⁹ & potẽtioribus viris ecclesię cõtingebãt. Exigebãt pterea a clero decimę & de maiorib⁹ ecclesijs dũ pastore orbatę erãt primi ãni puẽt⁹ legebant. Id annatã vocãt quã camerę aplicæ deberi romani cõtẽdũt. Neq; id sine ducis andegaui conscia fieri rumor erat: exactiõis siqdẽ partẽ capiẽtis. Eas ob res cũ scolastici nõ pauci scolã reliqrent studij Parisiensis rector cõtione aduocata: ex cõsilio doctorũ Iohãnẽ rõceũ Picardũ deputat qui de hmõi dispẽdijs ad regẽ / Andegauũq; ducẽ orõnẽ habebat. ❡ Habita oratione tãta ira pcit⁹ ãdegau⁹ est: vt satellitib⁹ noctu ad cubiculũ Iohãnis rõcei missis hoĩem effractis forib⁹ abductũ i vincula conijci mãdauerit. Nec aliter: repetẽte eũ rectore exẽpt⁹ est: q̃ vt clemẽti auditurũ se polliceret. Nisus quoq; dux ẽ rectorẽ dephẽdere: sʒ re p amicos cognita: rector aufugit Deprẹhendẽdi rectoris cãm afferebat dux q abvrbano exceptas litteras regi nõ exhibuisset. Accessit & nouus ab iohãne biturigũ duce cõtẽtionis turbo: reputãte secũ male agi q Andegauo regẽdi auctoritas: Philippo burgundo Caroloq; borbonio regis tutela obuenerat: sibi vero nihil pter Pictauiã collatũ esset. Petit ergo liguæ occitanæ atq; aqtaniæ sibi gubernacula cõmiti. Idq; ad iutore andegauo fratre ipetrat. Sed fuxi comes eius puĩciæ ministrator se in magistratu tueri omnino studebat: ita vt iubẽti rege puincia nõ cederet. Iohãnes pro

Auar⁹ põtifex.

Iohãnes ronceus mittit ad regẽ contra exactiões põtificis.

Iohãnes biturigus dux cõtẽtiones excitat p quoqdas ludouicũ scribunt.

pterea collecta militũ manu in tholosates ꝑfectus: prælium cũ comite suis dissuadentibus cõserit & vicit. Sz reputans aio comes his decertatiõibus regionẽ pdi: atq; populum aggrauari ad iohãnẽ mittit/ sed mgr̃atu abdicat: iohãni cedens. ¶ Per id tp̃s Hugonis aubrioti parisiorum prẹsidis falsa religio & iniqui mores in lucem ꝓdiere. Nã iudeorũ sectator cum esset: clerũ exosum & sacrosanctẹ euchariſtiẹ dignitatẽ cõtẽptui habebat. Scholasticos imprimis aspnabat̃: stupri & ois gñis libidis reꝰ. Ob quorũ flagitiorũ execrationẽ ad publicũ spectaculũ loco edito in atrio diuẹ mariẹ positꝰ: post suẹ heresis manifestatam a concionatore pfidiã ppetui carceris dãnationẽ a parisiorũ antiſtite excepit. Hic aubriotꝰ cũ publicẹ pecuniẹ administrationem diuturnã gessisset: publica opera nõ parũ illustria parisij extruxit. Baltildã ad diui Anthonij portam munitissimum propugnaculum diui Michaelis supra sequanã põtem: & aduersus scholasticorũ pisiorũ iniurias & nocturnos motꝰ puũ castelletũ

Hugonis aubrioti heresis.

¶ Quiescebãt his diebꝰ flamigi a bello paululũ respirantes: nisi eorum comes ludouicus noua i illos pecuniẹ exactione lacessisset. Enuero siue egens siue pecuniẹ auidꝰ a gãdensibus qui ꝓpter oppidi magnitudinem et populi frequentiam primi inter Flãdrẽses habent̃: grandẽ pecuniã arrogãtissime petẽs: cũ ea sibi cõstanter negaret̃: loco discedẽs: & ego inqt huic cõtumaci populo me pricipẽ & dñm exhibebo. Erat comiti nothus Halsus noie hõ militaris atq; magnanimꝰ. Huic attributis copijs et anglorũ manu mandat Gandensibus bellum iferre. Qui patri audiẽs mox gãdẽsẽ agrũ quotidianis incursionibꝰ vexat. Ibãt nihilominꝰ gãdenses armis instructi/ seq; viriliter tuebant̃: incommodis multis hostem afficientes. ¶ Recordari tamen debitẹ suo comiti subiectionis: petunt ab illo se audiri. Admisit eos comes: quorũ hẹc breuis orõ fuit. Tui inquiunt comes sumꝰ. Tu nobis es princeps & comes. Tibi cum rõne parere nos decet: tu nos

Flamĩgorũ seditio Gãdẽses.

tueri debes. Si quid in te peccauimus qnod tibi molestũ sit id nobis cõdonari suppliciter flagittamus. Tm̃ ne libertatẽ tollas quã a maiorib⁹ acceptã Gãdãsis populus tueri instituit. Cogi se vectigalibus nescit. Si reb⁹ tuis p aliquãnecessitatem op⁹ ẽ pecuniarũ subsidiũ id tibi nõ coactione sed sua se sponte daturũ liber popul⁹ offert. His comitẽ verbis placasse rati: ab aulicis iprudẽtib⁹ & per ętatẽ rerũ iperitis iniurias acceperunt. Iactantib⁹ in comitis ptãte esse: illorũ obstinatã rebellionem flectere calcaribus pinde ac stimulis asellũ illos agi oportere. & oĩmõ iugũ imponere. Quo accepto conuitio gãdenses abiere. Comes vero magnope studebat illos rerũ & commeatus pœnuria afflictari: vt egẽtes ptãti eius se crederent. At gãdẽses aĩo erecti vim propulsare cõstituũt. itaq; philippũ arteuellã filiũ ei⁹ quem i gestis Philippi valesij a gãdensibus occisũ diximus belli ducẽ sibi pficiũt Qui contractis vtcũq; armatis: oppido egress⁹ in vicinuz agrũ ducit. Cõspectis pcul gãdẽsibus comes plij appetens suos in arteuellã pgredi iubet. Telis primũ & scorpiõibus: deĩde districtis gladijs pugnatuz ẽ. Aduersa comiti fortuna extitit amissis quinq; hoĩm milibus: atq; ita se brugis recepit. Arteuella ex victoria spẽ sibi meliorez accipiens / suos hortat animis non tabescere. Si i armis pseuerent: facile factũ esse grande parare imperiũ. Etiaz si comiti frãci suppetient: quorũ ne fast⁹ neq; lasciuia bello idonea esset: plus illis iactãtię q̃ roboris inesse. Talib⁹ suãsi verbis gãdenses regnũ insup sibi affectare audent. Qua spe quoq; illecti agricolæ relictis agris belli se socios gãdensibus iungunt. Cura oĩs arteuellę erat comiti ĩcommodari. Mos est brugensi populo q̃ vetustissimus ob dñici sanguinis reuerentiam (cui⁹ partẽ se burgenses habere gloriantur) supplicationem quotãnis facere: ad quã solẽnitatẽ ex vicino agro frequentes coloni conueniunt. Cui⁹ rei nõ ignar⁹ Arteuella: duo ex suis milia docet arma sumere quæ visitatis vestibus occultent: & ita

Comes vincitur.

Mos brugensium.

quaterni p interualla vel quini ad celebritates simulata religiōe se cōferāt: vt de die supplicatiōi statuto dū pos pul⁹ rei diuię intentum aim habet mercatū occupēt: atq; incautū comitē iuadāt. Implēt milites arteuellę pceptū: et i foro sine vlla suspitiōe cōuenientes dum comitē pro cedere vidēt arma inquiūt o socij exerite Clamore subla to pterrit⁹ comes suos gādēsibus opponit. Sed cadenti bus multis ipse domū q̄ velocissime pōt ,pfect⁹: cū illum arteuella psegt̄ p fenestrā i mulieris vetulę ,pximā ædē dilaps⁹ inde sclusam se recepit. At comitis fugā arteuel la i brugenses referēs eos populat̄ / cōplurib⁹ trucidatis Atq; inde cum ingēti p̄da Gādauum ,pfect⁹ est. ¶ Defe ctiōis cām comes hāc ab initio dedit. Gandauum ei ci uē authore iohāne leone comes trucidauerat. & parrici dā a gādauēsibus ,pscriptū ad se fugientē recepat. post q̄ aliquot ,pscriptiōs ānos cōtra oppidanorum leges re stitutum nautarum p̄fectura donauerat. Est ei hui⁹ nego ciatiōis & misterij nautici apud gandenses multitudo & ptās nō mediocris / q in seditiōe dum forte isurgit pluri mum valet. Est quoq; hui⁹ p̄fecturę offm̄ nō pue apd il los auctoritatis atq; emolumēti. Quāobrē excitata i io hānē leonē iuidia vn⁹ ex nautarū ordie de matheorū fa milia gisibert⁹ assumptis secū sex quos hēbat fratrib⁹ oc cidere leonē cogitauit. Sed comitis reuerentia ,pposito destitit. Subinde cās querens quō a beniuolētia pricipis iohēm abduceret. Igit̄ isinuat se in cubiculariorū comi tis familiaritatē. Quā postq̄ satis sibi firmatā putat mi ror iquit pricipē nr̄m nōdū aiaduertisse grāde vectigal qd̄ ex mercib⁹ q̄ nauigto ad nos inferunt̄ pendi sibi quo tānis possit. Itaq; si id curare volet: iohānē leonē vnū sa tis esse cui⁹ opa vectigal a nautis & negociatorib⁹ facile exigat̄. ¶ Re ad comitē per cubicularium rolata / comes leonē ad se vocat: deq; exigendo vectigali hoiem ad monet. Qui tametsi id frustra se tentaturū non igno raret / conuenire tamen de re ipsa nautas respondit.

Seditio i flādria.

Naute gādenses.

Interim Gisebertus clã fratres hortatur contraria comitis postulatis sentire: qñ qdẽ publicę libertati neq̃q̃ congruerent. Ipse vero apud principẽ iohãnẽ insimularet negligentię: quia susceptũ a comite negociũ nõ curaret satis. Ex hmõi cã odiũ pricipis in iohãnẽ leonez excitatũ iri. Seq; in eius locũ suffici posse sperabat. Hac spe erectis matheorum animis: cõuenientibus ad Iohãnis edictum nautis postq̃ deportitorio pendẽdo consulit: fratres magnope restitere veniẽtibus in eorũ sñiam eiusdẽ ministerij pfessoribus. Quod vbi referente iohãne resciuit comes iã a giseberto psuasus credidit culpã esse Iohãnis q̧ petita sibi negarent. Quare ablatã Iohãni nautarum pfecturã giseberto dat. Idq; non ęgre ferre Iohannes prę se tulit. domi apud gãdauos se contiñens donec fortunã tps cõmutaret. Nec intercessere plurimi dies cũ

Fossores brugẽses.

brugenses ad quos nullus nauigabilis fluui⁹ euoluit: per comitis assensum fossam grãdẽ ex amne lisa deriuare ad se incœptãt: constituto ad has operas magno fossorum nũero quos prætercea deputati a brugensibus milites ptegerẽt conscij q̃tum id opus damni gãdauo iportaret. Nã ea fluuij accessiõe sicut brugensibus magnum incrementũ: ita gãdẽsib⁹ multum detrimenti poterat afferri. Tumultuant ppterea gãdauenses: & rei nouę occurrere cõsultant. Accersũtq; Iohãnẽ leonẽ qui cõi necessitati auxiliet. Qui lz ac citũ se gauderet: nullũ tñ exultationis signũ dat. Sed ad cõsiliũ itromissus: rogatusq; sñiam Viri inqt gãdẽses palã vobis oibus est quã reb⁹ vr̃is iacturã brugensiũ hæc vsurpatio allatura sit. Haud tñ puo negocio illis resistere poteritis nisi relictã iãdiu albo rũ capuciorum institutionem restitueritis. Cum enĩ maiorib⁹ nr̃is repẽtio ad resisuetas presidio opus esset: designatos habebãt ex suis milites q capuciolis albis ab alijs discreti vr̃is se periculis obijcebãt. Id armatorũ gen⁹ censeo confestim inouandũ: eisq; pfectũ instituenduz. Vix hęc iohẽs dixerat cũ vox oim exaudit conclaman

tiũ restituanť caputia. Conficiun tur stati publica impen sa capucia: distribuunť q̄busuis parui pensi hoibus quibus nihil magis qua vrbana quies odiosum erat: quoruȝ p̄fecturã cõi oim decreto iohẽs leo recepit: cupientissimus infensos maxime efficere gãdenses aduersus comitem. Postq̄ pręfectura donat⁹ est Iohãnes magnã capuciatorum multitudinẽ i brugensiũ fossores ducit. Qui đ illorũ aduentu nũcio accepto mox se brugas receperãt. Ad hũc modum frustrat⁹ sua expectatiõe iohãnes capuciatos Gãdauum reduxit. Per eos dies quidaȝ ex nautarũ collegio a comitis p̄tore quẽ bailliuum vocãt ĩ custodia tenebať. Quẽ repetitũ liberare gãdenses nõ poterãt Igiť arbitratis his tot offensionibus suã libertatem tolli: hortante iohãne leone mittiť ad comitẽ gisebertus cum aliquot bonę ęstimationis ciuibus qui captiuum cõciueȝ carcere emitti / & suas leges illibatas seruari a comite impetrẽt. Hoc pacto iohãne sperabat Gisebertuȝ ab irato comite aliqd qđ molestũ ciuib⁹ esset relaturuȝ. Profecti gãdenses principẽ apud mallã inuenerũt. Quos hũane acceptos comes remisit restituto illis nauta captiuo: eorumq; consuetis legib⁹ confirmatis. Optare se tm̃ dixit caputiatos tollerent. Reuersi ad suos legati comitis liberalitatẽ cũ enarrassent: tũ de tollẽdis capucijs aĩm comitis explicarũt. Quo verbo offẽs⁹ popul⁹ cũ sileret. Vos ĩquit Iohãnes leo conciues cõpertuȝ habetis q̄ cõmode capuciatos restituistis a qbus nũc vr̃a libertas in tuto ẽ. Alioquĩ absq; illis omĩa piclitabanť. Nunc si eos vt princeps suadet abrogabitis de vr̃a quiete & honestissimis legibus actũ esse iudico. Agite ergo & qđ a maiorib⁹ accepistis seruatore. Ad hãc iohis orõnẽ cũ qq; diuersi abijssent ab alijs illũ laudãtib⁹: alijs in neutrã p̄tẽ loquentib⁹ iohẽs vicarios quos singulis capuciatorũ turmis p̄fecerat cohortatur suos moneãt interdiu noctuq; ad repentinos cas⁹ patos ẽẽ: & ad se p̄ten⁹ cõuenire si qđ seditionis aut tumult⁹ excitari norint. sati⁹ fore obtruncare in se

Alba flamingorũ capucia.

se insultantes q̃ ab illis occidi. Nec incassũ id sibi p̃sagi re iohẽs videbat̃. Nã comitis balliu⁹ Rogerus dauterui⁹ paucis post diebus cũ ducentis equitibus explicato pri= cipis vt in bello solet vexillo Gãdauũ igress⁹ ĩ medio re rũ venalium foro cõstitit: ad quẽ mox Gisebertus cũ su= is fratrib⁹ & ijs qui eũ freq̃ter seq̃bantur ad bailliuũ cõ= cursat. Qui a pricipe iussi ĩ iohis ædes irrumpe / eũq; tru= cidare cõiurauerãt. At Iohãnes casuũ hũanorũ ꝓuid⁹ cõ uenietib⁹ ad se capuciatis ad forũ nullo tumultu f̃cõ ꝓ= gredit̃. Quo cõspecto gisebert⁹ cum fratrib⁹ sensim dila bit̃ et balliuũ deseruit. Caputiati vero quasi spectaturi q̃d balliu⁹ ĩcœptaret̃ ꝓxie eũ cõsidentes in terrã cõfesti deturbatũ necãt: frustrati dilaniato comitis q̃d p̃ se fe= rebat vexillo. Nec ex stipatorib⁹ quispiã fuit q̃ ꝓcũbẽti auxilium ferret. Sol⁹ ei balliu⁹ occubuit: a suis p ignauiã turpiter desert⁹ Liberati hostib⁹ capuciati ędes gisebert ti cæterorũq; suę factionis ædes iuadunt & spoliãt. Eaꝫ balliui inopinatã fortunam giseberto referẽte postq̃ co= mes accepit: ira ꝑculsus iurat de necis autorib⁹ vltioneꝫ se nouo exẽplo sumpturũ. Cui⁹ rei non ĩprouidi gãden= ses duodeci ex suis nõ obscuros ciues ad pricipẽ legant mitigaturos pricipis quoad possent indignationẽ: polli citurosq; satisfactionem delictorũ. Venientes ad comi= tẽ legati ęgre admissi sunt: sed intercessiõe quorũdã au= licorũ cum benignior fact⁹ esse comes sparet̃: nou⁹ a gã dẽsibus furor excitat̃. Nam iohannes leo timẽs re apud principẽ cõpositã detrimẽtũ sibi succedere: augere hoc mõ comitis furorẽ ꝑgit: primoribus suę factiõis suadet: vtile esse coactos quos haberẽt reipublicę defẽsores op pido educere & recognoscere quib⁹ virib⁹ aduersus fu= turũ forte hostẽ resistere possent. Itaq; ęgrepit̃ ad portã que brugẽsis appellatur cum caputiatorum & aliorũ fa= cinorosorum hoim turba milium decem. Quos cũ iohẽs ꝑlustrasset laudatis omnibus. Est inquit hunc non ꝓcul principis nr̃is palatium q̃d recẽter miro opere extruxit

Balliu⁹ comitis occiditur.

ꝓcedam⁹ ædes vide. Munitissimus em̄ sicuti ego acce= pi loc⁹ est ita vt īsurgente bello nobis īcōmodare possit. Postq̄ incōdita plebs ād reghemū accessit (ea em̄ est loci apellatio) ædes spoliatī missō multis ędiū ptib⁹ igni. In= de aūt cum abirent cōuersus ad palatiū iohānes vt fla= grātē locū vidit quasi id sibi doleret pcontat̄ vn̄ hoc icē diū enipisset: q̄q̄ nullā loci inq̄t curā hr̄e op₃ q̄ i excidiu₃ nr̄m ędificatus i struct⁹q; erat. Hac ędiū direptiōe co= mes nihil magis ęgre tulit: quippe q eas ad voluptate₃ & delitias accuratissime excoleret. Quāobrē vocatos ad se gādauēsium oratores atroci vult & aspa orone allocut⁹. Ite inq̄t sęditiosa gēs: ꝓpeē vt pœnas vniuersi detis of fensionū in me vrarū. cū nō concederet̄ a legatis excu= satio trepidi gādauū petiuere. Ex hmōi causis atrox & lōgū bellū cōflatū est. Iohānes aūt leo brugas quas suarū ptiū effecerat liquēs ardēburgēsi morit̄ veneno vt q da₃ tradunt ipetit⁹. Fuit q̄dē hui⁹ flādrensis belli varia & an ceps fortuna quā sigillatī explicare lōgioris esset nego= cij. Vnū q̄d maxie ihūanū dici pōt opepciū erit ad flagi tij detestationē scripto cōmēdasse. Deficiētibus a comi te yprēsib⁹ cū aduersus eos copias ducere comes istituis set: gādauēses de ea expeditione certiores facti nouem hoim millib⁹ collectis curtracū ꝓdeūtes yprensib⁹ signi= ficant se ad eos defendēdos aduenire: ꝓpterea mittant ex suis armatos vt iunctis copijs paribus studijs & virtu= te comiti resistāt. Parant cōfestī yprenses & ductorib⁹ io hāne bouleo & arnulpho clerico octo oppidanorū suo= rū milia ad gādenses q apd rolerū castra fecerāt ꝓfici= sci iubēt. Hac ꝓfectiōe ad cōitē relata i sidias duob⁹ lo= cis q̄ yprēses iter facturos verisimile erat pōit. Incedēti b⁹ vero yprēsibus obtulit se bice ps via: vna rolerū: altera tourotū ducebat q̄re cōsistere illic agmē militū ductores iperāt: dubij vtrā igrederent̄. ꝓualuit iohis boulei snia: & tourotū vers⁹ ꝓficiscūt̄: vbi delitescebāt cōitis i sidię i q̄s dū iopinato incidissent viso hoste ꝓditos se a bouleo cē

Palatium comitis i ceditur.

conclamitãt:nec fuit illis animus se tutãdi nisi quaten⁹ fuga eripe se potuerẽt. Alteris igiẽ ypras:alteris ad gãdẽsiũ castra diffugientibus comitis miles quadrĩgẽtos supra duo milia ĩ fuga trucidarũt. Reliqui ad gãdauos dilapsi mox vbi curtracum militari ordie ꝑfecti sunt:iohãnem bouleum plebeio furore accusantes quasi insidiarũ & ꝑditionis cõsciũ in viã publicã ꝑtractũ minutati concidunt.ptẽ ex cadauere quibusq; sibi rapientibus. Tã beluina natura est plebs semel furijs incitata:nec furoris vllũ habet modum:pręsertim in flamingorũ gẽte q̃ pręter reliquos gallos seditiosa semp fuit:q̃uis vel grãdi ęre ob factas iniurias mulctata vel miserabili cęde ob rebellionẽ afflicta. Sed de his hacten⁹. ❡ Hęc dũ in flãdria gerũtur marescall⁹ sancerr⁹ subterranã ĩ lemouicib⁹ capit dedentibus oppidũ ãglis. qui relicto loco duʒ p regionem grassanẽ sancerr⁹ eos secut⁹ quotidianis fere prælijs & cędibus afficit. ❡ Coiere per id tp̃s apud belingueriũ agri boloniensis vicũ oratores frãci:vt cũ anglis de pace tractarẽt. Sed nihil inde pręter vanam spẽ relatũ. ❡ At britonum dux meliore in regeʒ aĩo fidem repromittit. Seq; cum britonũ comitatu carolo subditũ interposito sacro ꝑfitẽt. ❡ Nõ põt suos ignes cęlare ambitio. Andegau⁹ dux regẽs:alij itẽ prĩcipes & regij ꝑleriq; cõsultores qui reb⁹ gerendis preerant ęrarium fiscumq; sublatis vectigalibus immunitũ iri cõtemplantes:sueq; auaricię nõ satis alimenti supesse:nouũ tributi gen⁹ instituere contendunt. Habitis aliquot contionibus nunc blandis ĩterdũ suasiunculis:nũc amicorũ interuentu adducere nõ paucos in suam sn̄iaʒ studebãt. Obsistebat tñ popul⁹:nec petro dillerio nec Iohãni maresio (qui maxime populares erant) aures accõmodabat:tãetsi dicerẽt ex ea pertinacia regẽ irritatũ iri & hic piculũ grauioris alicuius pœnę ĩmpẽdere. Itaq; discedẽs a prĩcipib⁹ popul⁹ arma capit: decanos quadragenariosq; & qĩquagenarios per ciuitatẽ ponẽs. Cathenas quæ ad cõpita viarum ĩtra vrbem

Auari prĩcipes nouũ tributi gen⁹ cogitant.

erāt ptēdebat: positis cōtra nocturnas isidias excubijs: custodib⁹ pręterea ad portas ordinatis. ¶ Idq; facere icipiētib⁹ Parisianis reliquę fere regni vrbes subsequuntur. Itaq; ducēti ex rothomagēsib⁹ plebei homines hoc exēpluz imitati: quēdā obesuz ciuē qui ob crassaz corpulētiā crass⁹ vocabatur: alioqui renitētē sibi regē pręficiūt: curruq; ipositū per vrbē circūferētes: tādē in rerū venaliuz foro cōstitutuz de abolēdis vectigalib⁹ legez ferre & eā promulgare cōpellūt a cęde nō abstinētes. Sæuitū em̄ est in vectigaliuz questores: & expilatuz diui audoeni cœnobiuz ꝓpterea ꝙ in eo priuilegia quedā reposita esse audierāt que libertati ciuitatis nō c gruerēt. Arcē quoq; oppugnare adorti: ide a ꝑsidio repulsi sunt aliquot itereptis. Dū hęc rothomagi gerunt: ludouic⁹ andegau⁹ regēs post quartū mēsem cū parisiacę plebis seditionē sedatā esse putat. Legem de vectigalib⁹ exigendis tulit: & i foro iudiciali apud castelletū ꝓmulgare iubet: istitutis ministris qui legēdi vectigalis offm̄ exeqrētur. Ad Kalē. martias cū ei⁹ officij cā q̄stor ad mercatuz apud fallas aduenisset obolūq; ꝓ nasturcio a muliercula cui perota morella nomē erat exigeret: q̄sta & vociferās anus mercatores aliquot in q̄storē excitauit: qui hoīem multis vulnerib⁹ confossuz trucidauerunt. Ei⁹ facinoris fama vbi p ciuitatez vulgata est: ꝓten⁹ viliū artiū ministri arma capiūt: perq; ciuitatis vias circūcursant: ad cędē ꝑpetrādā animati: quib⁹ cū pditi pleriq; & nulli⁹ ęstimationis hoīes facile accedebāt. Et vt inermib⁹ arma nō deessent: publicas ciuitatis ędes adoriūtur. Vbi emotis euulsisq; postib⁹ cōmunia arma rapiūt & ea iduunt. Fuere ex prudētiorib⁹ nōnulli: & iter illos parisian⁹ antistes qui tot malis isurgētib⁹ coactas clā fortunas suas ciuitate exportarēt. tutiore se loco cōmittētes. Inter arma que furibūda plebs desūpserat erāt plūbei mallei quib⁹ obuios quosq; subsidij pecuniarij exactores trucidabāt: dómos earū fortunis omnib⁹ spoliantes: nec ad ec-

Rothomagēsiuz stulticia.

Cedes ꝓpter vectigal apud parisios.

septimo regni nepolitani dyademate suscepto ꝓuinci am armis occupat: atq; per alpes ducēs quas nō sine suo rū cęde supauit in apuliā ꝓfect⁹ est. ¶Et ludouic⁹ flandrię comes ad priorē brugis acceptā a gandauensibus ignominiā alterā adiecit: ipatiens vici. Naȝ prelio aduersus arteuellā gādauensiū ductorē malo euētu gesto deceȝ milibus suoruȝ fusis p saltus & siluā ad isulā ęgre se recepit: alijs brugas: alijs qui ex frācis erant: aldenardū petentib⁹. Tā ꝓspera fortuna vsus arteu ella: q̄dragīta hoīȝ milib⁹ potēs: aldenardū obsidere cōstituit. Quē irrmptiōe facta excipiētes frāci cęde multorū eū affecerūt. Sȝ q̄a militū nūero hostis erat supior intra oppiduȝ se recipiētes frāci locū magnis mugnitiōib⁹ roborauerūt: fortunaȝ expturi. Arteuella aūt id quod vero simile erat cogitās: frācorū regē comiti suisq; auxilia missuruȝ: equitē caducei veste idutū lrīs ad regeȝ legat. Petebat arteuella ne se rex huic bello cōmisceat: quod libertatis cā aduersus comitis tyrānidē a gādēsib⁹ gerebat. Alioqui ab āglis accersiturū auxiliū. Tabellario nullū rñsū datū ē. Interi ludouic⁹ flādrēsis p generū suū burgūdię ducē: deide p semet carolū cōueniēs: q̄d a flamigis ꝓpess⁹ eēt exponit. oratq; aduersus rebellē populū sibi auxilief Id ne rex faceret & si vna cā dehortabat. q̄ scȝ ludouic⁹ cū anglis cōuētiones plera sq; clam habuisset. quia tñ comes frācæ ditiōis erat: & flamigi assueta cōtumacia crebros belli mot⁹ excitabāt: opē comiti liberalissime pollicet. Instructis nō ꝓcul ab attrebate igētib⁹ copijs. rex auriflāma a dyonisiano abbate more maiorū desūpta: illā petro dillerio equiti aureę militię ferendā dat. ¶Hęc agente rege: frāci qui aldenardi erant vrgente arteuella cuȝ crebris oppugnationib⁹ fatigati cōmeatu quoq; deficerent: ad philippū burgūdię ducem delata eorum cōditiōe orāt sibi subsidiū mitti: si deserātur: deditionē hosti se facturos. Nec fuit icurius philippus petitionis obsessoruȝ. In ea cōmeatus pœnuria res cōmoda obses

Fuga comitis flādrię.

Expeditio in flādriam.

materia contexerat. Eo ꝑperantes franci rusticorū turba conspecta: sese colligētes per mediū hostez viā aperiunt: & ita ponti se credētes primi quidē euadūt qui vero ꝓxime seq̄bant suo & equorū pōdere pontē dissolue rūt i flumē ꝓten⁹ demersi. Nec postremis meli⁹ obtigit: fluuio se cōmittētib⁹. Cū eī eminētiorib⁹ ripis alue⁹ iisq̄ ferret: ide euadere ifoelix miles non poterat: iactātib⁹ ī eos tela rusticis. Halsus tm̄ cū trigīta suorū iter primos se piculo exemit. Igiť per cominarū pontē (quo exercitū traducere rex constituisset) clissonū conestabilē & sancerrū mareschallū hostē loco extrudere mittit. Cognito francorū aduētu: flamigi vnā pontis arcē diruūt i aduersa ripa stationē habētes. Sed i sequēti ei⁹ diei nocte non iueto vado: cū pons resistētib⁹ flamigis non facile restitui posset: Sāpus aurat⁹ eques & aliquot ei amicitia cōsuetudieq; cōiūcti nauib⁹ ex insula aduectis lizā paulatim trāsmisere. Nec ex alueto quod ripę ꝓximū erat prius ꝑdierūt q̄ paulo pl⁹ quadrigētis vna conuenissent: viri qdē gñe nō obscuri / & aio constātes. Igiť sec⁹ litt⁹ fluminis incedētes: hostē dū petūt: petr⁹ de bosco flamingorū ꝑfect⁹ eos conspicat⁹ cū aduesperasset suos continuit: donec crastino crepusculo eos adoriret palustri loco ipeditos & longa fessos vigilia. Interea dū hęc aguntur clisson⁹ anxi⁹ valde q̄ temere sui ad modū pauci piculo se cōmitterēt: vt hostē qui pōti defensādo assidebat distineret: iubet sagittarijs pōtē instaurēt. qui postq̄ cōperit ptē militū flumē enauigasse: liberā optionē dat vt cuiq; cōmodū forēt pontē trāsmittēdi. Pereā noctē samp⁹ & qui cuz eo in palude armati & vigiles sine vllo somno hostē expectabāt: condixerūt non pri⁹ i hostē irrūpere q̄ inuaderent. Hostis igiť clanculo sub diei crepusculūq; magno silentio mouēs francos adoriť. A quib⁹ acerrime exceptus (petro grauiter vulnerato) cedere loco cœpit moxq; in oppidum serecipiens aliquot ędes incendit: vel vt francos inde amoueret: vel suos ad se dispersos

Sampus.

hoc signo reuocaret. Interi clisson⁹ liberũ factũ põtẽ re≈stituere iperat: traijcitq; reliquũ exercitũ. Multas ex co minis opes frãc⁹ abstulit quib⁹ ditat⁹ est maxie. Est eñi regionis illi⁹ plebs lanificij pitissima pãnos ex eo artifi≈cio textos tũ i suos cõterraneos atq; indigetes tuz in exteros dispartiẽs. Quę oĩa in potestatẽ irruẽtiuz militum concessere postq̃ tria ex illis milia perijssent. S uperato põte Carol⁹ rex cũ reliquis copijs flandriã ingressus ad mõtẽ yprẽsem castra fecit. Quãobrez veriti yprenses ca roli ptãtez: duos ex ordine prędicatorũ fratres ad eum mittũt de pace viã tẽtaturos. Audiuit benigne Carolus nũcios. Nec moranẽ yprẽses duodecim ex suis optimos ciues ad regẽ delegare: qui vrbẽ se suaq; dederẽt. Dedi tos carolus recepit quadragita frãcorũ milib⁹ in stipen≈diũ militi mulctatos. Accessere: quoq; oĩs illi⁹ orę flan≈drię maritimę popul⁹: qui victos ducẽtes p̃fectos quos ab arteuella acceperãt: regi tradiderũt. quo facto regis grãm demererenẽ: simulq; sexagita milia nũmũ psoluen tes: ne agri viciq; eorũ vrerenẽ ipetrarũt. Prefectis i põ te yprẽsi ceruices cęsę sũt. ¶ Ingressus ypras Carol⁹ quĩ to post die certus factus arteuellam relicto aldenardo cũ sexagita milib⁹ ad se aduẽtare. Clissonũ conestabilẽ & mareschallos præire iubet. Ipse q̃q̃ cõtinuo ymbre iti nera lutosiora essẽt cũ secũda & tertia acie subsequiẽ: at q; iter rolerũ & rosebequã castra faciẽs flamigos operie baẽ. Ad quẽ se cõuertere cũ brugẽses cogitarẽt: Petrus de bosco & Petr⁹ mutt⁹ quos arteuella brugis prefectos posuerat ne id facerẽt spe futurę victorię destinuerunt. Tãta siquidẽ animi elatione turba illa plebis flãdrãsium ferebaẽ: vt parui admodũ haberet frãcos. Nã vt ex suis pagis vicisq; turmati ad gãdẽses cõfluxerãt ita erãt va≈rijs insignib⁹ & vestiũ gñe distincti: suiq; ductoris ipio quasi explorata victoria parẽtes. Cognito ex frumenta toribus q̃ arteuella trib⁹ hinc tm̃ miliarib⁹ a rosebequa castra haberet Clissonus Matheusq; viennensis & Guil

lerm⁹ pictau⁹ castris Caroli edicto ꝑgressi hostiū agmē adequitāt: & postq̄ satis exploratū habēt: qui illorū modus ordoq; icedēdo esset: ad Carolū ꝑten⁹ renūciāt hostiū numerū igentē eē: dēsos ꝑgredi & gradu moderato nō aliter q̄ si in cōspectu hostē ituerent: sed nō ita instructos qui a pitis armorū vinci fortiter possint. Id postq̄ Clissonus locut⁹ est / ecce hostiū agmen cōspicit: nec frāci pigritātes q̄nquidē in acie parati stabāt flamigos durissime excipiūt. Priusq̄ bellū cōmitteret tanta coruorū nubes supra vtrūq; exercitum volitauit vt multis admirationi essent. Tanta quoq; caligo cęlū obscurauit: vt sese vix acies cōspicerent. At postq̄ in hostē suos procedere Carolus iubet: atq; auriflammā signifex explicauit: discussa mox caligine serenitas reddita est. Quę res vt francis spem: ita hosti animos extulit: vtrisq; credētib⁹ ꝓpiciari sibi deuȝ. ℭCommisso pręlio: tanta ferocitate flamingi pugnauerunt: vt loco partiper cędere francus cogeretur: donec vnus qui in fronte erat sublata voce clamans. O maria virgo inquit & vos cōmilitones ꝓcedite & pręliemini. Quod exemplū imitati cōplures: mutuis se & clamorib⁹ & exhortationibus ad fortiter agenduȝ excitarūt. Itaq; ferocib⁹ & obstinatis animis pugnatum est: & flandrēses superant. Ex quib⁹ mortē oppetierūt milia quadraginta p̄ter eos quo i fuga apud rosebequā. Anno salutis Millesimo trecētesimo vno & octogesimo: quinto Kalendas decēbres dn̄s de Albreto & conciac⁹ iteremere: p̄terq; eos qui i siluis & palustribus locis latitantes a flandrię comitis militib⁹ necati sunt. Hac cęde ad eos qui apud aldenardū in obsidione pseuerabāt plata nullo ordine fugę se cōmiserūt. In quos aldenardo egressi franci ipetu facto icurrūt obuios quosq; passiȝ obtrūcātes. Tā gloriosa diuinitus ꝓpe habita victoria rex accitis exercit⁹ primorib⁹ gr̄as deo soluit. Et flādrensis comes regi pricipibusq; gratificat⁹ se perpetuę illis gratię debitorē eē ꝓfessus est. Cui respōdēs carolus. Cōso-

Pugna apud rosebequā.

caroli sexti ad flandrię comitē verba.

brinę īquit comes tuis desperatis rebus opitulati sum⁹ Habes victuȝ ꝓstratūq; rebellē tibi populū. Non me latet te dū me⁹ viueret pater: cū inimicis nostris āglis societatē ē occ'tā habiusse. Post hac itegra i me fide esto. In te beniuol⁹ eē non desinā. Post hęc carol⁹ arteuellā īquiri (viuat ne an oppetierit mortē) iubet. Erat īter saucios flamingus vnus ex arteuellę pręfectis: qui illū necatum esse (cum iuxta illum pugnat) affirmaret. Perductusq; in cāpuȝ vbi fuerat prędiatū: arteuellę cadauer ostēdit nullo vulnere perculsuȝ: sed iter cadentē suorū turbā ruina & mole cęsorū opp̄ssū. Ob id ipsuȝ Carol⁹ cū sauciū captiuum curare īperasset & seruari: flamig⁹ medicamēta recusās volo inquit vna cū meis cōmilitonib⁹ mori: & ita per vulnera pfluē te sāguine exaniat⁹ est. Hęc victrix pugna cū non ꝓcul a curtraco cōmissa fuisset: carol⁹ curtracū ꝓficiscit̄ vbi cū cognouisset quīgēta calcaria aurata seruari: eorū scȝ qui cū Roberto arthesiensi oli iterierāt oppidi portas sine vlla opidanorum cęde deijci īpauit.

Nota de curtraco.

Canonicos qui se creditoribus obnoxios ita cōstituūt vt si statuto die debito se nō absoluerit iterdicto rei diuinę cohibent / a stipendijs ecclesię toto trimestri abstinēto. Nec qcq̄ inde q̄diu diuinis abstinebūt percipiūto.
Solennibus diebus dum maior missa fieri debet / capitulum non cogito. per integram alioquin hebdomadaꝫ transgressores quotidiana stipe priuato.
Spectacula / ludos / comessationes / choreas / nundinationes / ludibria / & laruatas psonas incedere / ab ecclesia & sacris locis arceto. Cōtēptorem clerū trimestri ꝓuētu abstiere iubeto. Reliquos cēsura ecclesiastica cohibeto
Clerico cuiu suis status cōcubinam fouenti: a secunda huius sanctionis promulgatione non resipiscenti / beneficiorum suorum perceptione mensestris interdicito: et eos fructus in ecclesiarum vnde percipiuntur vtilitatem impendito. Hanc autem constitutionem in synodis & capitulis promulgari quotānis imperato. Nec minus laycos admoneto nullam præter legitimam vxorem turpi copula contingere. Excommunicatos ante latam

sententiam et reuera denunciatam non vitato / nisi tam notoria excommunicatio erit: quę non valeat ignorari.

Nulli omnino genti coitatiuel loco sacris interdicito: nisi per semet / aut per priuatos / aut officiales id est per suos magistratus culpam admisit: Iniquum siquidem est ob vnius cuiusq; priuati hois delictum ferire insontes.

Nullius litteris quibus quempiam beneficio aut suo iure se abdicasse narratur / nisi testibus aut fideli documento id factum esse constet credito. Hæc cum Carolus satis enucleata digestaq; esse compertisset: Indicto apud biturigès consilio pragmaticã quam vocant sanctionẽ tulit. Eamq; in parlamenti senatu promulgari mandat. anno xpianæ pietatis. ccccxxxviij. supra mille: nonis iulij. Quam regiam (auctoritate basilieñ. synodi) factã constitutionem qui deinceps fuere romani pontifices nõ secꝰ ac perniciosam heresim execrati sunt: ꝙ eam nemo põtificũ dissoluto basilieñ. conuentu ꝓbauerit. Vetustissima eñ contentio de vniuersali consilio / & romano pontifice vtrum maius sit hactenꝰ inter ecclesiasticos ꝑseuerat Quo mea sñia factum est: vt gñales synodos cogere põtifices detractent formidantes suã tã late patẽtẽ (ne dicã vsurpatã) auctoritatẽ cõsiliorũ decretis cohiberi. itaq; eaẽ hodie illorũ sublimitas & ãplitudo vt ꝑui hĩtis regibꝰ licere eis oia glorient. Neq; quippiã ad põtificatũ mea ętate venit: qui dignitate adepta nõ stati suos nepotes magnis opibus & principatu donauerit. ¶Eodem anno richemontus Meldi ciuitatem post quĩdecimũ obsidionis diem multis anglis interemptis expugnat. Mercatũ aũt in quo validũ ꝑsidiũ hostis fortissime tutatꝰ est. Aduenien tibꝰ ꝑtesidio dorceto comite atq; talleboto: q nacta in flumie mrona naui in mercatũ nouũ ꝑsidiũ induxerũt post biduũ i de abeũtes. Cęterũ diligẽti oppugnatiõe attriti angli: suis fortunis saluis deditionem fecere. Mercaro a frãcis recepto cũ rex parisij esset accito richemõto eũ cũ ingenti exercitu ĩ normãniã mittit: quẽ mox

Maeldis capitur.

secuti sunt alēconij dux iohānes & andreas lauall⁹ mare
scallus multis armatis stipati. Hi oms abricas petētes ci
uitatem obsident. Est aūt vrbs in colle mediocriter edi
to ad occeanum britānicū sita normānorū ditionis. Ibi
cum dies circiter viginti cōsedissent dorcet⁹ comes: dñs
de scal/ & tallebo tus anglorū pręfecti frequentibus co
pijs cōtractis: ad vicū scti leonardi duob⁹ tm̄ passuū mi
libus a frācorū castris distantē sua castra admouere: nō
procul a giberti ponte qui supra sceam amnē inter vtrū
q; exercitū erat. Vbi nō pauca leuia vtrinq; p̄lia cōmissa
sunt; alij sceā trāsmittere conātib⁹/ alijs transitū ꝓhiben
tibus. Tandē cōspicientib⁹ frācis āne supato angl⁹ i abri
cas euasit. Qui mox eruptionē in francos facta acerrime
pugnauerūt. Franci aūt mutato loco pōtorsonē vers⁹ ca
stra reduxerunt. Sub his diebus sanctam susannā buell⁹/
ꝓdēte eam anglo noctu cepit: quę cum ad alēconiū du
cē ptineret: buell⁹ tm̄ sibi inuito duce obtinuit. Non satis
carolo fortuna fuerat inimica: nisi a filio quoq; pientissi
mus offenderet p̄r: tot p supiora tpa turbationibus vexa
tus. Ludouicus erat ei filius dalphinus viennensis/ q tra
ditus a p̄re marchiæ comiti liberaliter imbuend⁹ postq̄
adoleuit/ pręceptoris eruditionem aspnatus nyortuꝫ se
recepit: Accersitoq; iohāne borbonio/ & iohāne alenco
nij duce: abiecta tutela/ libere se post hac viuere ꝓfessus
est: quippe qui & ętate & rerū cognitione idone⁹ esse si
bi videret negociorūꝫ regni admistrationē gerere. Ad
debāt ludouico aios ipse dux/ atq; antonius chabānus:
Iohānes de rupe pictauię senescallus/ Petrus de ābasia/
& alij cōplures nouarū rerū pcupidi: qui aliquot iā ciuita
tes ad defectionē sollicitare cœperunt. Nam ij oms cō
iuratiōe pictauis facta. Ludouicū a patris cōione maxi
me auertebant. Quorū cōspiratio praguoria dicta ē. Ea
re p marchię comitē carolo delata cōfestim ad ciuitates
scribit: ne dalphino eiusq; sectatorib⁹ audiāt: neue eos
ad se admittant. Interiꝫ dalphini factionis auctores ex

Abrince.

Ludouici in patreꝫ cōiuratio

nyorto ad sctm̄ maxentium ꝓgredientes arcē (iaqueto quodam ꝓditore) excipiunt: atq; in oppidū cœnobium q; conuersi: loci dominā fortunis oībus spoliauerūt: idē cœnobio facere festinantes. Verū iohānes fachet⁹ oppidi municeps cum trib⁹ & viginti suarū partium studiosis vestibulū quod crucis appellat: tādiu ad uersus dalphinates defensauit: donec ex pictauis vbi carolus agebat subsidium impetraret. Abbas quoq; & cœnobitæ obseratis ecclesiæ portis fornicem conscendentes testitudine effracta in hostes saxa deijciebāt. Qui audiētes regē ad se cū copijs ꝓficisci: prędis ab actis diffugere. Carol⁹ autem hora noctis septima cum venisset: laudata abbatis diligentia / monasterium ꝓuentibus atq; priuilegijs donauit. Qui in arce inuenti fuere paucis exceptis vltimu; supplicium subierunt. His ita gestis carolus nyortū adoritur. Vn̄ mox ad borboniū ducē se proripuerūt dalphinates. Quapropter nyortenses nulla rebellione adhibita carolo se dedere. Captus in arce est iaq̄tus ille ꝓditor & in partes quattuor mēbrati dissect⁹. ¶ Cognito ꝙ dalphinū cū suis dux borboniorū recepisset cōsiliorū particeps factus copias in borboniēses carol⁹ ducens cōplura loca cepit: multis regionē dānis afficiens. ¶ Hec agēte carolo dalphin⁹ sctm̄ Porsanum occupat belli fortunā expertur⁹. Rex vero nunc rionē / nunc Claromōtem incolebat: borboniū agrum incursantibus suis. Hęc ciuilis pestis sexto postq̄ ceperat mēse intercessore comite deu quieuit: dalphino in prīs grām redeunte: ꝗ postea apđ regē vixit. Cōspiratiōis aūt auctores venia a carolo impetrata / & regio diplomate firmata: quiq; in suas domos abierūt. ¶ Per hos dies obsidentibus harfleū āglis: franci duce notho aureliañ. valida manu mouentes: cu; anglorū munitiōes penetrare nō potuissent / harfleū tādē p̄sidio saluo & mōstiuillariū hosti ꝓmisere. Atq; eodē anno carol⁹ aurelianorū dux qui post blāchianā pugna; in angliā duct⁹ quiq; et viginti annos in custodia āglīæ

Harfleu; ab anglis capitur.

Liberat dux aurelianensis.

regis fuerat solutus est: quatercentũ aureorũ milib⁹ ꝑ ipsius liberatione numeratis. Hic cũ in sancto audomaro reuersus ageret: philippi ducis burguudię neptẽ mariaꝫ cleuẽsis comitis filiã desponsauit multis a duce donis honoratus. Eodẽ tpe egidius de raya franciæ marescallus sortibus vsus plero sq; infantes pemerat: quorũ sanguie futura auspicabat principatum affectans. Qui britonum ducis iussu comphendit: & mox veritate maleficiorum p petrum hospitalem ducis cancellariũ cõpta: duplici cruciatu eodẽ fere momẽto afficit. Extabat ad tormẽta furca. ad quã egidi⁹ illaqueat scabello supposito / cui pedib⁹ adniteret. Circũ quẽ accenso igni & scabello deiecto: confestim strangulat & vrit. ¶ Est rupes in inferiore normãnia instar insulę in mare ꝓminẽs: inter diu bis atq; noctu ęstuarijs maris trib⁹ ptib⁹ alluta: quã grauillã icolę vocãt: eã girardi villã primo dictã fuisse accepi: eã cũ alternis expugnatiõib⁹ franci angliq; diuersis tpibus possedissent: angli tandem instaurãt valide illã munientes: vt pote quę inexpugnabilis esse fortificatione facta videretur: & quã deinceps validissimo præsidio tenuerunt. Et franci quoq; eodẽ exemplo louuerium diu desolatum a normãnis oppidũ: auctoribus po tono / salzardo / & antonio chabano muniũt: nõ gentis militibus ꝑsidio adhibitis. Extruxerunt pręterea ad sequanę ripã ligneũ propugnaculũ quo rothomagum nauigio adire eos qui supra aduersum ãnẽ incolebãt impedirent. Conchas itẽ petr⁹ bressay⁹ / & floqt⁹ dedẽtib⁹ se anglis cepe. Et Katheria caroli septẽnis filia philippi ducis primogenito desponsata est: vt q̃ inter principes beniuolẽtia cõuenerat: sacro nuptiarũ fœdere pduraret. ¶ Est in vasconia oppidum tartas nõ ignobile ad dñm de albreto spectãs. id cũ frãci tenerent / burdegall⁹ senescall⁹ cũ captabusso & quibusdã anglis circũuallauit. Cõtritis tãdẽ in obsidiõe mensib⁹ fere septẽ iteruenientẽ albreto ad insequentẽ modũ cõuentũ est (Oppidũ in francorũ ptãte pmaneret: carolus

Egidius de raya.

Tartas.

albreti filius ei eo pfectura gereret: fidem tn datur bur de gallo senescallo: nullá se ví aut bellum ex oppido aduer sus anglos illaturum. liberum anglis in oppidum ire redi req; negociandi cã. Francis quoq; pmissum esse burdega lę alijsq; locis anglicę deditionis cum anglis mercatoru; more conuersari. Has conditiões si carolus aliqñ obser uare nollet: licere illum tertio ante prę̄teritas cõditiões mense id marescallo pdicere: infra quod tempus si frã ci prælio superarent locum dederent. Sin cõtra: oppidũ sibi possiderent. Carolo interim qui minori ętate esset ali quot ex francis anglisq; consultores designarent: Re vt scripsi cõfecta quisq; quo voluit digressus est. ¶ In cãpa nia nõnullę francorũ cohortes cum per summã iniquita tem p agros palãtes oẽs passim spoliarent. Carolus rex tre cas petit: & imprimis borboniũ nothũ crudeliter armis abutentẽ in amne alba extinguere iubet. Plerisq; militu; pfectis par facientibus officio amotis decernens milites post hac vicis relictis vrbes vel arces icolere: & eis stipẽ diũ ex publico dari: quo sine iniuria quietissime alerent. Ordiatis apud cãpanos rebus: cũ per picardiã simile ca rolus effecisset: creoliũ mittit coytiuum marescallũ & hyrũ qui arcẽ oppidũq; ad eã partẽ quę bellouacos spectat ob siderẽt: ipse vero per siluanectũ viã carpens. ad alteram fluminis ysaræ ripam castra admouit: reliquam oppidi partẽ obsidẽs. Fuit illic oppugnatio frequens & aliquot lo cis tormentorum iactu muri deiecti: quo interdũ frã ci conscendentes manu cũ hoste conferebant: conspici ente eos rege. Quapropter colloquio cũ francis de dedi tione habito: Guillermus poytus oppidi prefectus libe re cum suis abire permissus / arcem oppidumq; reliquit. ¶ Creolio recepto ad sctm dyonisiũ veniens carolus inde põtisaram copias oms admouet: in cœnobio maubusso no quod mille ab oppido passibus distat diuersatus. Re liquo exercitu veteres macerias q̃ e regione oppidi pa scua versus sunt occupãte. Quod ij q i psidio erãt aduertẽ

Stipẽdiũ militibus assignatum vt vicis relictis arces incolerent.

Creolium capitur. põtisara obsidet.

tes:statim oppido erūpūt:cœnobiū vbi carolus agebat impetentes. Fit igitˀ vtriq; atrox p̄liū:sed cedentibꝰ anglis franci ad pōtē vsq; & ꝓpugnaculū qđ in eo hostis extruxerat anglum ꝑsequunt̄. Ibiq; subactis fossis& palis humo defixis nocte illa se cōtinuerūt donec ex pisijs deductis nauibus:āne ysarā q oppidi muros p̄terfluit trāsmiserunt eatenꝰ qua diui martini cœnobiū extitit:quod Ioachinus roaldus / thealdusq; valēpargnꝰ cū alijs qbusdā festināter occupant. Fossis per gyrū cœnobij ꝑductis cum oppidū fere hoc mō circūsessum esset franci propugnaculū pōtis anglis eiectis capiūt. Libera erat porta q̄ Rothomagum ducit qua ingredi hostis egrediq; poterat:ita vt p eam tallebotus sępe & deinde eboraceñ. dux commeatū suis importarent:francos nōnunq̄ ad pugnā ꝓuocātes. Sed loco se mouere ordinēq; deserere temerarium esse ducebāt franci:quorū maxie sollicitꝰ carolus erat diligētissime oīa ꝓuidēs q̄ obsessoribus cōuenirent. Nā p ambrosiū delorū pisiorū p̄torē īgētē cōmeatū ad suos p āne sequanā ysarāq; importare fecit: hoste maxime inuito atq; summope repugnāte. Qđ cū ꝓhibere dux eboraceñ. Tallebotusq; non possent:p Possiacū vbi regē cōphendere Tallebotus spabat / iter faciens: cū oppidū penitꝰ populatus est:vna cū eboraceñ. duce in normanniā se cōtulit:relicto apud pōtīsarā cliptono eqte āglo cū fere mille armatis:quibꝰ eboraceñ. fidē abiēs dedit de subsidio obsessis statuto die conferendo. Digresso duce carolꝰ accersitis p̄fectis q p vicos finitimos i statiōe erāt tormētis muros quatere cœpit. & tēplū diuę Marię quo ad ꝓpugnaculū hostis vtebat̄ (quia ꝓpe muros extrinsecus erat) expugnat. Et tertio post die oppidū circūquaq; oppugnare iubēs magno oīꝫ militū aīo nixuq; exupat occisis qngētis anglis captoq; cuꝫ alijs multis pręfecto. Ex frācis quinq; ad summū desiderati sunt. Laudatꝰ est imprimis coytiuꝰ admiraldus qui ad obsidionem atq; expugnationē singularē operā nauasset:nomen quoq; sibi

cōparauit iohānes bure⁹ qui tormētis & belli machinis per eos dies p̄fectus erat obscur⁹ antea & mox idustria atq; diligentia regi acceptus. Ea victoria bene fortunatus carol⁹ parisiū veniens a ciuibus magna celebritate except⁹ est. ¶ Eadēz tēpestate Iohānes floquet⁹ quorūdam ciuium ope adiut⁹ ebroicas cepit: perforato ab aliquot incolis muro: per quē floquet⁹ est admissus. Et licet in mercatū cōfugiētes angli se turrib⁹ tignisq; circūfulsissent: mox tñ parti iterēpti: partiq; capti aut clā (reserata ciuitatis porta) elapsi sunt. ¶ Subiciaz vnū quod militē cautū reddere possit. Ex pōtisara cū nō pauci captiui in arce que coruilla dicit̃ nō lōge a camoto i vicu lis haberent̃: vn⁹ ex eis vt reliquorū redēptionē ꝓcuraret dimissus: frāciscū aragonēsem qui anglorū ptiū erat cōueniēs: narrat q̄ negligēter castellū a francis seruaret̃ facile factu eē arcē occupare: p̄dari quę in ea eēnt & ide victos eximere. Re cognita frācisc⁹ cohortē non ꝓcul a loco i isidijs noctu locat. i de cū illuxisset quattuor ex suis habitu rustico idutos pomorū saccos raporūq; opple tos humeris tāq̄ venales iportare i castellū mādat: q nullo ꝓhibēte arcē igressi (pars eñ p̄sidij loco aberat: pars adhuc somno tenebat̃) i cubiculuz prefecti euadūt: eūq; dormiētē cōprehēdūt & mox ex insidijs ꝓripiens se hostis arcē & quę i ea cōperta habuit occupat. Atq; ita solutis captiuis reliquā prędam Rothomagū traduxit. Ignauię pœnas digne luit qui inimico ꝓximus sibi diligēter nō cauet. Enimuero periere aliqñ toti exercitus sibi nimium indulgentes / & nō attendentes quid hostis moliatur. Anno insequente qui fuit xp̄ianę gratię.ccccxlij. supra mille Tallebot⁹ mille quīgētorū delectorū anglorū ductor nō ꝓcul a Dieppa maritimo oppido quod a frācis tenebatur castra ponēs in collę qui polletus ab incolis dicit̃ cōsedit. Extructa ibi lignea grādi admodū turrę quā multis tormentis & machinis bellicis cōmuniuit: vt inde oppidi muros crebris iactibus cōcuteret. Erat

Nota.

Dieppe obsidio.

ad oppidi tutelã carlot⁹ maresius trecẽtos secum egregia virtute milites habẽs. Ad quẽ paucis post diebus iohãnes aurelianẽn. nothus cũ circiter mille armatis veniens: postq̃ locũ militẽq; recẽsuit arturum de lõgauilla & thomã droynũ sexcẽtorũ manu militũ stipatos ad vetus pręsidiuȝ adiungens dieppa egressus est. Misit pręterea carol⁹ rex alterũ subsidiuȝ obsessis. Cui pręfecit thedoalum burgẽ siuȝ. assignato illi guillermo richaruillo centũ equitum pręfecto. Firmata tanto pręsidio dieppa franci Talleboto cuȝ potenter resisterẽt: ipse paulopost abijt: relictis ad obsidionẽ pagenda sexcẽtis anglis quib⁹ pręerant guillerm⁹ poyt⁹ & iohãnes ripellaus Procedẽte tẽpore postq̃ hostis ad dieppã ptinaciter sedet: Ludouicus Caroli filius viennẽsis dalphinas patris iussu igenti collecta militũ manu ex pictauis dieppã petit dissouendę obsidionis gratia. Qui secũduȝ amnẽ summonobriaȝ iter faciens: obuios sibi excepit sexcẽtos supra mille milites qui ei in ea expeditiõe obsequerent. Eorum primi ductores extitisse referunt sancti pauli comes: domicellus de cõmerci(Gaucurt⁹/ castillionis lauali comitis frater: & eius castillioni dñs qui ad amnẽ matronã est. Accessione hmõi pcerum instructior factus dalphin⁹ abbatisulliã se cõtulit: quo thedoalũ burgeñ. ad se venire iubet. Is vbi aduenit: cõsilio de re gerenda capto: thedoaldũ cũ trecentis militib⁹ pmittit: qui ad anglorũ castra cõmeatũ inuehi prohibeat: ipse paulopost reliquas copias Dieppã ducit vbi postq̃ militẽ ex labore paulisper recreatũ habuit: occidẽte iam ppe sole sexcentũ ppe armatos ad collẽ vbi hostis cõsidebat pficisci iperat. Fuit mox illa continuo fere ymbre madẽs nec ppter ea erum pere in francos destitit hostis: q̃q̃ acri pugna in munitiones suas regredi a francis cogeret. Postridie dalphinus dieppã mouẽs in collẽ poletũ in conspectu hostiũ copias sistit. Habebat eñ fabricatos ligneos pontes ad trãsmittẽdas fossas quib⁹ se angl⁹ per ambitum ligneę tur-

ris circũsepserat. Igit secũdo die postq̃ ad collẽ successit põtes rotis ꝑuectos ad fossas admouẽs: mox signo dato oppugnare turri festinat. Nec segniter hostis obstitit & insiliẽtibus in eũ frãcis summa vi conflictat: hos saxis opprimẽs: alios telis sagittisq; vulnerans. Ad primũ cõgressum octoginta franci cęsi sunt: trecẽtis & supra grauissime sauciatis. Quib⁹ integri hortãte ludouico succedentes oppugnationẽ nequaq̃ deserebãt: dalphini pręsentia: anglorũ quoq; odio vehemẽter animati. Nec defuere dieppenses qui balistarios sexaginta educentes crebris scorpionibus hostẽ ne e turris muro tuto propugnaret / ꝓhibebant. Eapropter instãte atrociter frãco milite: expugnata est turris: trecẽtis anglis iterẽptis / reliquis captis cũ guillermo poyrto: Iohẽ rupallo & Tallebotinotho qui in dieppẽsiũ ꝑtãtẽ venere. Qui autẽ frãcę originis erãt oẽs suspẽdio affecti sũt cũ aliquot ãglis qui ante oppugnatã turrim dalphino cõuiciati fuissent. Tam firmo ꝓpugnaculo dissipato tormẽta quę i eo erãt in oppiduꝫ dalphinus trãstulit. Laudatis militibus ciuibusq; quorũ diligenti opera parta de hoste victoria erat Dedit item oppidanis munera ad sartienda damna quę obsidionis tpe ꝑpessos esse cognoscebat. ¶ In sequẽti anno. M.cccc.quadragesimoquarto de duorum & viginti mẽsiũ iducijs inter franciæ anglięq; reges cõuenit: permissa vtriq; libertate merces cõmutandi atq; inter se negociandi. Per quod induciaruꝫ tẽpus ne miles ocio torpesceret sicilię regi Carol⁹ suppetias tulit aduers⁹ mettẽses. & quosdã lotharigię icolas qui ei nõ parebãt. Ad mõitis mettẽsib⁹ obedire cũ dicto audiẽtes nõ eẽnt: eos carol⁹ circũsedit mltis copijs & dalphini pñtia põtes. Firmata obsidiõe / roman⁹ ipator de heluetijs q̃stus ꝙ ipio rebellarẽt: carolũ ꝑ bourgalemoniũ germanũ isignẽ equitẽ orat ptẽ militũ sibi cõtra desciscẽtẽ a se heluetiũ cõicet. Ea res cũ igrata regi nõ esset dalphinũ basileã cũ copijs mittit. assistente illi bourgalemonio fœderici mili-

Expeditio i mettenses.

tis pfecto Dū aūt viā pergit helvetiorū nō cōtēnendaȝ: manū nō lōge a basilea offendit: i quos cū i hortos quosdaȝ se recepissēt arma cōuertēs: bourgalemoniū añ alios amisit cū aliquot alijs interēptū. Fudit nihilominus hosteȝ & ad vnū occidit. Inde ad sctm̄ hippolituȝ mouens spe oppidi cōfestim oppugnandi: id frustra conat⁹ fuisset: habuit tn̄ sibi optēperātes oppidanos. Sed francus miles suo more ex agris prędas agens furentē gentē in se excitauit: ita vt diuersis locis cōsociati helvetiorū manipuli nō paruā copiarū pteȝ occiderūt. Igit̄ bourgalemonio mortuo suisq; parti occisis dalphin⁹ regiōis aspe ritate cognita ad patrē qui apud nātiū lotharigię prima riū oppidū erat reuersus est. Quo se cōtulit comes suffortus angl⁹ ab hērico ad carolū missus qui caroli filiaȝ regi suo vxorē peteret. Neq; id comiti denegatū est. ¶ Pręerat mettēsib⁹ iohānes vitot⁹ barbar⁹ & feris morib⁹ hō Hic equo isigni vtebat̄: in cui⁹ cauda assutū erat titinabulū vt ingrediens egredieēsq; sæuus iperator audiret̄: atq; cognosceret̄. Adeo qdē ihūan⁹ vt ex suis aut ex hostib⁹ captū neminē prctio redimi sustineret Si aūt cōptum haberet fœminas vrbe egressas de virorū liberatione ptractasse: eas nece afficiebat̄. Sed barbari crudelitatē vicit ciuiū ,puidentior modestia. Fatigati itaq; diuturna obsidione mettenses: regeȝ muneribus placant: ducētis scutorū milibus belli impēsas cōpensantes. Rebus ad hunc modū ordinatis, Carolus cathalaunū ,pfect⁹ est. ¶ Sub idē tp̄s cū ecclesię synodus basileę haberet̄: eugeni⁹ pōtifex romanus cognito q̄ patres qui consilio aderant eum a pontificatu amouere studeret synodum ferrariaȝ & inde florētiam transferre laborauit. ¶ Vnde hasilien sis synodus ameduȝ sabaudum qui solitariam vitā apud rapaliam viuebat in pōtificeȝ quē fœlicē noiauit assumpsit. Interī mortuo eugenio cū romani cardinales Thomā de susanna eugenio substituissent Nicolaum qunitū eū appellātes: orto in ecclesia scismate Caroli maxime

In helvetios.

Ductor mettēsiū crudelis.

Felix sabaudus papa.

opa cōtētio sopita est: cōcessa fœlici p sabaudiā amplissima legati ptāte. ¶Per eosdē dies taetsi iter reges frācorū atq; angliȩ iduciȩ pcederēt: Frācíscus tñ surien⁹ cognomēto aragonēsis tumultuaria armatoruʒ manu feugeras quȩ normāniȩ finitimȩ sunt ad britāniā ptinentes circūuētas cepit atq; populatus est. Qua de re britonum dux apud carolū p nūcios quȩst⁹ ostēdit hāc i illū cōtumeliā ab hoste illatā esse: iducias illibate cōseruātē / decere ab anglo repetere quod p nefas abstulisset. Querela ducis accepta: carol⁹ ad angliȩ regē & sombressetum ducē iohānē hauartū & guillermū cousinetū ex suis aulicis mittit: qui res ex feuggeris iduciarum tpȩ a frācisco surreptas repeterēt. His rñsum est franciscū aragonēseʒ id nō ex snia regis cōmisisse: factū neq; regi neq; sōbresseto placere. Quod ex carolo sombressetus psuasum faceret: per nūcios idē significat petēs vt ob eā rem nihil de inducijs nouaret. De accepta aūt iniuria si oratores louueriū mitteret / eodeʒ vēturos sombresseti legatos: q cōtrouersiā pariter cōponerēt. In carolo cū gratū fuisset dies cōuētioni apud louueriū dictus est. Ibi dū oratores cōsultant: interi de tollenda anglis pontisarcha fortissimo ad sequanā in normānia oppido Floquet⁹ ebroicensis prȩtor vir bello strēnu⁹ cōsiliuʒ capit. Vector qui dā quadrigari⁹ solit⁹ p id oppidum iter crebro facere: & eā ob cām anglis iā not⁹ pviderat animo ei⁹ loci prȩsidiū negligēter agere: neq; satis oppidi custodiȩ attētuʒ esse. Igit̃ rē a se frequēter aīaduersam ad Floquetū iacobūq; de claromōte & dñm de maulgnio belli peritos defert. Petitq; sibi aliquot delectos milites attribui qui illū ad id negociuʒ iuuent. Designantur ĩprimis duo: qui singulis securibus desumptis lignarios se fabros simulātes vectoreʒ comitant̃. Quos singulatim alij longo interuallo ne multitudo suspicionē faceret subsequunt̃. Qui oēs definito inter eos die ad cauponam quȩ in suburbio est hospitij prȩtextu cōuenere. Hui⁹ autē caupone hospes

iniuriã supra paucos dies ab anglo acceperat. Quod nõ ignorãs quadrigari⁹ ab ĩdignãte ob iniuriã hospite cubilũ seorsum petit vbi ipe cũ suis secreto diuertet: simul q; rem conceptam illi patefacit. Let⁹ rei indicio hospes opẽ quoq; suaꝫ illis pollicet. ¶ Insequẽte nocte dñs de Bressy cũ militũ cohorte q̃ ꝓxime oppidũ põt versus sãcti Audoeni portũ se ad insidias componit. Floquetus ad alterã pontis regioneꝫ quę loueriuꝫ spectat cũ iacobo clarmontano & quĩgẽtis equitib⁹ in vicino nemore se collocat. Vector quadrigari⁹ sub lucẽ insequẽtis diei cum vehiculo ad primã vsq; põtis portã cuꝫ simulatoribus fabris tm̃ ꝓgressus: ianitorẽ nomine appellat. orans ianuaꝫ sibi reserari: ꝙ festinus esset merces ĩportare quo eas vehẽdis receperat: simulq; pręmiũ bñficio pollicet: fideꝫ dans ꝑ eis qui secures ferebãt. Ianitor qui vectorẽ notũ haberet: adhibito secũ anglo portã recludit. quaꝫ mox vector ingress⁹ vehiculũ ibi sistit simulãsq; ex marsupio nũmos in mercedeꝫ anglo depromere. vnũ qui ex britonuꝫ moneta erat labi in terram ex industria ꝑmittit: quẽ nũmũ vt humo leuaret dũ ianitor ꝓcumbit: vector exerto pugione cõfodit. ij vero q fabri putabãt ad secundaꝫ portã interim cũ ꝓcessissent: anglũ iterimunt moxq; ex insĩdijs Floquet⁹ alijq; milites ꝓperantes oppiduꝫ arcẽq; hostiliter vociferantes inuadũt. omni pręsidio vel cęso vel capto: cuꝫ ad eam horã nõ aliter q̃ securus quisq; obdormisset. Inter captiuos cõpręhẽsus est comes fauquãburgus diues anglus. Ea res anglos mirũ immodũ cõtristauit. Quibus ne paci pręcluderetur via: carolus quę capta erant reddenda censuit: si feugeras restituerent. Id ad sombressetum referentib⁹ anglis vtriq; legati ad cœnobiũ quod bonũ portũ vocãt postea coiere. Interi gerberoyũ ĩ bellouacis a dño demouy: & ĩ burdegalis conacus: malgrinusq; a verdrino vasc͏̃e & a floqueto in normãnia cõche captę sunt. De quib⁹ locis recuperãdis misso a sombresseto iohãne infante | Ca rolus

mĩdet si feugeras britonũ duci reddãt:ea quę recẽter cã pta franci tenerẽt se restiturũ. De feugeris in mandatis nihil habere cũ iohãnes infans rñdisset: re infecta discessit. Nec ab his qui ad bonũ portũ conuenerant aliud gestũ est. Reuersis ad carolũ oratoribus: ipse de belli rõne cõsiliũ cũ suis cõicat. quippe qui hostis suffugia dolosq; nulla modestia pvincere posset. Ad britonũ ducẽ missis nuncijs bellũ cõmuni beniuolẽtia gerendũ suscipit. Per precedntiũ tẽp⁹ induciarũ nõ destiterãt angli qui mantaʒ Vernoliũq; & Latiniacum occuparãt vias publicas insidere: quosq; passim vel spoliantes vel iugulantes: & vt a crimine patrociniũ sumerent: eos qui ab eis talia paterentur armigniacos appellabant. Facies tamẽ suas ne agnoscerentur laruis obtegebant & psonati quidẽ incedentes: laruatos se apellari gloriabant: eosq; pseudo faciatos vulgus vocitabat. Aduersus tot mala coeuntib⁹ vndiq; copijs aus⁹ hostis ex feugeris ĩ britones eruptioneʒ facere viginti supra cẽtuʒ ãglis occisis in suas munitiones redire coact⁹ ẽ. ¶ In normãnia apud Vernolium multor cui⁹ molendin⁹ oppidi muris pximũ erat nocturnis excubijs designatus cuʒ forte obdormisset: ab anglo excitat⁹ iiuriã accepat. Quã ęgre admodũ ferẽs multor: de prodendo francis oppido rationẽ cuʒ Floqueto init. Cõmoditate facinoris accepta floquetus mercedeʒ homini pollicitus: Petrũ blesseyum & iacobum claromontanuʒ rei cõscios facit. Quos ad constitutũ diẽ cõueniẽtes multor p molendinũ cui ipe pręerat scalis ad muros oppidi admotis ĩ vernoliũ admittit. Erat enĩ dies ille dñicus ad rẽ diuinã audiẽdã xpianis maxie celebris hĩc occasiõe accepta multor q eo quoq; die excubuerat collegas sub lucẽ admonet ad ecclesiã rei diuinę gr̃a pperare: vt dei religiõe expleta: mox cibo matutino reficerẽtur. Igit̃ collegis abeũtib⁹ gratũ frãcis facin⁹ mltor ppetrauit suã iiuriã vlciscẽs. ¶ In minima siqdẽ fera iterdũ anim⁹ inest: se ad vĩdicãdũ pro tẽpore cõponẽs. Capto

Vernoliũ capitur.

Nota.

oppido qui euadere potuerũt angli i arcẽ se receperunt atq; eã quę in media arce est turri muro fossisq; apprime munitaʒ occupant. Ex qua ne hostis dilaberet Iohẽs dunensis comes quẽ Aurelianũ nothũ supra nominauim⁹: Caroli militię per eos dies princeps ꝑten⁹ adueniẽs turrim circũsedit. Nec multis interiectis dieb⁹ accepit Talebotuʒ cũ copijs Bretoliũ aduẽtasse nõ aliã ob rem q̃ vt obsidionẽ dissiparet: iportaretq; cõmeatum obsessis. Ea propter dunensis comes nõ diu vernolij morat⁹ relicto i obsidiõe florentio dilliers carnotẽsi in tallebotũ ducẽs eum non ꝑcul ab haricuria est assecutus: loco quidẽ munitissimo se cõtinẽteʒ. In quo a frãcis die illa tota ad pugnam ꝓuocatus nullã pugnãdi ꝑtãtem fecit. Sʒ isequẽne ei⁹ diei nocte in Auricurię arcẽ se cõtulit. Franci autem relicto talleboto: ebroicos ꝓfecti sunt. ¶ Dũ hęc in normãnia gerunt: Carolus ligeri per ãbasiaʒ transmisso: vernoliũ petere constituit opẽ laturus obsidentib⁹ turrim. Et per eos dies comites deu & sancti pauli cũ quattuor' equitũ milib⁹ nogẽtũ ducentes oppidũ arcẽq; capiunt ꝑfecto iohãni fabro cũ ijs qui i pręsidio erãt data libertate abeũdi. arcẽ vero iiecto igne desolatã frãci reliqre. Inde ꝓgrediẽtes sequana traiecto ad põtẽ audomari vocãte eos ab ebroicis dunẽsis comite iter carpũt. Illis igit̃ ad rillũ amnẽ qui ꝑter muros fluit se cõferẽtibus dunẽsis comes cũ reliqua copiarũ pte i regione q̃ ad rothomagũ vergit castra ponẽs: postq̃ oĩa q̃ ad oppugnationẽ necessaria erant parata nũciant̃ dato signo quisq; certati i muros euadere cõtẽdit. Itaq; magnis animis anglus obsistit. Sʒ i oppipũ irruẽtes picardi: moxq; altera parte dunẽses: hostẽ ꝓpulere. Qui i ędes publicas quę in mercato sunt cõfugientes paulopost comitum dunensis & sancti pauli potestati se permisere. Qui eñi capti sunt fuere viginti supra quadrigẽtos: inter quos oppidi pręfectus mõtesaurus normãni fisci moderator fuit / & Fouquetus heton⁹ angl⁹. ¶ Re bñ ad põtẽ audomari gesta

Pons audomarus capitur.

dñs de mouy ad loci p̃sidiũ statuit. Sub idẽ tp̃s aliꝗ quæ dam arces a francis duce loheaco receptꝗ sunt. Et verno liana turris rege carnoti agente deditionem fecit modi co redẽptiõis p̃cio ab ijs qui i p̃sidio fuissent p̃soluto. Se cuti sunt lexouij: ad qđ dunensis comes cũ ijs qui ad põ tẽ audomari militauerãt mouẽs eos nulla vi adhibita re ceptos suis legibus viuere p̃misit. Mãta plus laboris vt se dederet attulit: dediti onẽ recusãtibus ãglis q eã tuẽdã receperant. Sed deficiente ab eis plebe & porta q̃ sancti nomen habet cũ bona oppidi p̃te armis occupata ciues ad francos egressi de deditione conditiones acceperũt Qđ ab anglis cõptũ eos humiliores fecit. Nã accepta di scedẽdi cũ suis fortunis libertate oppidũ reliquere. Cęte ris qui cũ hoste alio se cõferre duxissent idem p̃missũ est. Manentibus nihil nocitũ oĩno fuit. Rebus cõpositis pe trũ bresfeyũ comes dunensis oppido p̃posuit. ¶ Carolus eodẽ tp̃e ex carnotensibus vernoliũ venit ab incolis ma gna aĩ alacritate & beniuolentia exceptus. Atq; interim pictauensis senescallus petrus bressseyus memorabile fa cinus adortus est. Est castellũ apud normãnos lõgnium cui prętenditur atrium patens (qđ bassam curtã frãci di cunt) fossa muroq; circũseptum. Ei castello p̃erat sancti marianus francisci aragonensis gener, habens ad loci p̃ sidium milites ducentos: quos in atrio cõtinebat. Cum hoc bresseyus colloquio habito ĩpetrat castelli deditio nem oportuno tp̃e a se faciendam. Adueniente cõuento rũ die bresseyus armatos longnyũ mittit: quos sancti ma rianus soceri amicitiam eiusq; vxoris p̃ñtiam pu iducẽs in castellũ clã p posticũ ĩtroducit. Qui aũt in atrio statio nẽ habebãt francis in castello conspectis obsistere q̃dem conati facile quasi et nũero & robore inferiores cœpto destiterũt: q oẽs capti & bonis spoliati sunt p̃ter franci sci vxorẽ q̃ cũ fortunis (in generum multum prius oblo cuta) libera discessit. ¶ Sub idem tẽpus caduceator a flo queto ad vernonẽses qui sequanã in normãnis accolunt

Lexouiũ. Manta. Lõgnyũ. Vernonenses.

missus vt in Caroli ditionem fidemq; se cōuerterent a io
hāne doremōto loci pfecto irrisus est: dicētes se qdē cuz
loci incolis oppidi claues perq libēter pbiturū. Nec mo=
ratus ad clauiū artifices pgēs doremōt⁹: multas rubigie
vetustateq; semesas claues caduceatori colligatas tra=
dit. Cui rñdēs caduceator: hę inquit obsoletiores sunt q
vt tā celebris oppidi portis cōueniāt. moxq; ad comitez
dunēsem qui interī pxime Vernonē copias admouerat
accessit: referēs ea q a doremōto gesta cognouisset. Illu
sione accepta comes ad oppidi regionem q ad Rotho=
magos spectat cōsedit: dño de Mouy / & Guillermo ca=
nuto alterā ptē obsidentib⁹: qb⁹ erat francorū sagittario
rū frequēs man⁹ attributa: qui ad belli necessitatē recen=
ter fuerāt ex ruricolis delecti: & a vectigaliū oīm contri
butiōe sine cōtrouersia liberi, Enīuero ex ędibus sexagi
ta: vnus assumptis armis ab iis qui domū restāt istructus
& aureo tm nūmo dū domo egredit donat⁹: in militiaz
pergit: & horum quidem egregia opera Carol⁹ multis lo
cis ,pspere vsus est. Ex eorum numero hi qui sub dño de
mouy & canuto militabant: insula quę in vernonis cōspe
ctu est occupata: confestim pōtez qua in oppidū via est
intercipiunt. Qua re pterriti oppidani ex suis ad comitē
legāt Iohānem a baronē anglū / & guillermum dague=
netum / cum aliquot loci bōnę opiniōis incolis. Quib⁹ ad
comitez admissis daguenet⁹ ita locut⁹ esse phibetur. Ad
vernonenses (illustris comes) caduceatorē misisti q eos
regis tui nomine admoneret: se atq; oppidum eius pote
stati permittant. Igitur ad te venimus vt nobis dicas qo
brem admonendos nos eē ducas / & quid a nobis tibi fa
ciendum putes. Comes vt modest⁹ erat rñdens: nō igno
ratis inquit viri oratores vernonem cum arce & circūia
centi agro ad carolū regē paterno iure ptinere. Quę cū
vel vi vel dolo ablata hostis occupet: nunc pri ad regnū
succedēs carol⁹: ea sibi restitui iure optimo petit. Fuisse
nanq; per superiores annos multa gesta bella quibus va=

Institutio frācorum sagittariorum.

Orō comitis dunēsis ad vernonē siū oratores.

statum regnū attritusq; populus diu multūq; misere elā guit: demū inducias inter principes intercessisse: vt inte rim cōcordię via pararet. Sz parū in fide stantibus āglis medio induciarum tpe feugeras occupasse & expilasse quam adhuc tenerent tametsi cōpluribꝰ cōuentionibus de redintegrando dāno fuisset tractatum. Tam multis ī iurijs acceptis: carolū ex procerū consilio constituisse iu stissimis repetere armis quę a patre atq; a se anglorū psī dia sustulisset. Eam cāz esse q̄obrē vos de deditiōe faciē da admonere p̄cepimus. Postq̄ hęc a comite dicta sunt q missi fuerant seorsum a con tione secedentes: recusanti bus anglis deditionem oppidani Caroli se partes sequi oīno constituerunt. Relictis propterea apud comitē ob sidibus: vernonem repetētes: vernonetum imprimis (id eñ arci nomen est) restituere. Verum ꝙa Rothomagē sibus non plurimum vernonenses absunt: & inde subsidi um affuturum sperarent oppidum dedere ea lege polli cent: si anglus suppetias illis infra p̄ximū sabbatum nō ferret. Cōstituto die quia se destitutos ope intelligerēt: emissis libere ex prę sidio anglis: dunensem comitē ī op pidum vernonenses admittunt: qui loci atq; arcis custo diam rigaldo de fontanis assignauit. ¶ Dum hęc verno ne geruntur Carolus ebroycas / deinde louueriū petēs: ab incolis incredibili lætīcia exceptus est. Quo tempore Guillermus canutus arcem quæ dangu appellat̄ ex præ fecto portugallo voluntaria deditione recepit. Et san cti pauli comes gorneyum in fide admittens oppido at q; arce a Carolo donatus est. Comes item dunensis post quindecimum obsidiōis diem haricuria potitus ē. ¶ In terim mouentes ex vernone p̄ceres ad Carolū louuerij agētē cū ingentibus copijs cōuenerūt: p quos dies rupis guidonis dñs eiꝰ noīs arcē quę ad eū ptinebat dedēte se p̄fecto recupat. Cōtractis ad louueriū oībꝰ copijs Caro lus maturat ea persequi quæ ad reliquam normanniam subiugandā opus erant. Carolū igit̄ arthesium comitem

Copię ad carolū cō ueniunt.

deu: sancti quoq; pauli comitem & Iohānem saueusu; cū quattuor armatorū milib⁹ ad nouū castrū cui prefectus erat adā billo ton⁹ anglus in presidio habens quadraginta supra centu; milites pficisci iubet. Captū est oppidū vi arxq; recepta: cōcessa āglis facultate suas inde fortunas exportādi. Dunēsem pterea comitē carolus alteras copias ducere chābrasiū mandat: quē cōplures franci proceres vno exercitu comitati sunt. Inter quos fuere comites claromōtensis & niuernensis: doruall⁹ et ialōn⁹ francię marescallus carol⁹ culaut⁹ / petr⁹ breseyus: gaucurt⁹ / buellus peditum equitumq; milia quattuor educentes. Castris ad chambrasiū admotis post diē octauū: guillermus ernitus anglus arcis pfect⁹ (lege cū frācis libere discedendi cōposita) loco cessit. Erat dessayū in alenconij ditione castellū quod anglus multis ānis tenuerat: ab eo q; lacus non longo multum interuallo distans. Hūc lacū cum hi qui ad dessayū erāt expiscandū p eos dies accepissent: pleriq; lacū petunt pisciū cōcupiscētia illecti. Ea re p nūcios cognita alenconij dux cōtractis ex tpe copijs: ad lacū occultis itineribus contendens anglos illic palantes oēs intercipit. Captosq; in dessay cōspectu sistēs: eos neci destinat nisi arcē dedāt. Deditū oppidū ē et castellū. ¶ Ex dieppa quoq; q in psidio erāt parti fœcanū cœnobiū qd ad occeanū est petentes noctu expugnāt. Nec lōga mora interposita ecce ab anglia nauis q circiter cētum milites ad fœcani psidiū ferebat: ad portū appellit. Quos fœcanę oppugnationis ignaros: & iō in continentē egressos franci cōphēdūt. ¶ Ad hęc britānię dux frācorū suorūq; robore stipatus ex britānia constātiā pfect⁹ ciuitatē scđo sui aduent⁹ die (abeūtib⁹ ide anglis) cepit. Eadē fortuna nulloq; negocio sanctū laudum & vicinas arces non paucas occupat vbi ex francis psidium cōstituit. ¶ Sub id tps alēconiēses ad duce; suum missis clā nūcijs: patere illi aditū i oppidū pmittūt. Quo nuncio dux spem recuperandę hęreditatis capiēs:

Chambrasium.

Dessayū.

Fœcanū.

Cōstātia.

Sanctus laudus.

Alēconiū

protinus copijs ad oppidũ collatis abincolis intromitti tur: anglis in arcẽ fugiẽtibus quã fractis animis defẽsan tes paulopost ducis se arbitrio dedidere. Auxiliat⁹ẽ du ci ad hanc rem ludouicus bellomõtus qui ex cenomãnia ad eum sexaginta eqtes ducens conuenerat. ¶ Fuit eo= dem anno, M.cccclix. apud vascones frãcis fortuna (si cuti cœperat) cãdidior gastone fuxi comite maulissonẽ obsidente qui a carolo vasconię regionis ad pyreneũ vs q; administrationẽ recepat. Erant gastoni in ob sidione tria equitum & decem sagittariorũ milia. Quorũ repen= tino cõspectu pmoti oppidani ad gastonẽ nũcios de de ditione misere. Angli vero vbi id cognouerunt: in arcem quę in edita rupe est, pfugerũt. Itaq; maulissone recepta comes fuxi cum accepisset in arce pœnuriam frumenti & cõmeatus esse: rupem ex oĩ pte circũuallat. Cui aĩo obsi stendi rex nauart⁹ (cuius filiã gasto habebat vxorez) sex varij gñis hoĩm milibus contractis: cum gastonis militũ ordinem roburq; explorasset: suis paulo retrocedere ius sit ad comitis se colloquium admitti impetrat. Coiere p uo militum nũero principes: mille a castris francorũ pas sibus. Vbi rex nauarrus comitẽ allocut⁹. Miror te inqt ca rissime gener neglecta veteri nostra amicitia maulissonẽ quã tuẽdã mihi anglus cõmiserat vindicasse: & nũc arcẽ quoq; cape conari: cui me⁹ conestabilis suo & anglorum noĩe psideret. Ad regis verba gasto ad sequentẽ moduz rñdit. Affinitatẽ recte rex illustris cõmemoras: q̃obrẽ ti= bi & beniuol⁹ & obsequẽs esse debeo: si alio me nõ duce= ret parẽ di necessitas & honestas officij carolo regi sub= iectione & fide cum sim ĩprimis obnoxi⁹: tũ ob id maxi me q̃ vasconiã mee tutelę supposuit: iussus ab eo maulis sonẽ cepi. neq; hinc abscedã donec aut alter me fortior extrudat: aut arcẽ ad caroli ditionem redire compule= ro. Comitis volũtate cognita nauarr⁹ copias ad se redu xit. Obsessi vero ĩpetrata discedẽdi securitate arcem de didere. ¶ Eodẽ tpis tractu quędam in normãnia arces

Gasto fu xi comes

Maulissõ. Nauarrus rex ãglos secutus.

Gastonis respõsio.

captę sunt a dño de blãuilla / touqua / in rupe ꝓxie occea
num extructa: a dunensi comite argentonum: vbi simu=
lato metu de muro de deditiõe ꝓlocutus hostis arma cũ
paret quidã in populo primores diuersa qua angl⁹ parte
dolos agit: frãcos affati fraudẽ manifestãt: orãtes signũ
qđ prę se ferrẽt sibi ꝓten⁹ dari. Oppidanos cõstituisse ca
rolo regi parere ãglis expulsis. Signo recepto francos
admonent eo accedere quo signũ in muro erectũ ceme
rẽt se quidẽ illos in oppidũ accepturos. Admissis p mu=
ros bono numero francis / angli suo cõmẽto frustrati: i ar
cem ꝓpropere confugerẽt. Quã non multopost dedidere
ex suis fortunis oib⁹ pter baculũ vnũ nihil inde exportã
tes: nec fuit oliuerio de carsalio p̃sidi p̃fecto melior cõdi
tio. Per eos dies castellũ gaillardi loco edito ad seqnæ
ripã cõstitutũ (carolo i obsidiõe agẽte) captũ ẽ. Fren eij
quoq; arx ab alẽconij duce (dedẽtib⁹ se libere ãglis) re=
cepta Gisortiũ p̃terea richard⁹ merbur⁹ ãgl⁹ Carolo resti
tuit. Donatus ꝓpterea a carolo sancti germani i laya di
tiõe atq; prętectura: duos insup liberos iohãnẽ atq; he=
monem qui apud põtem audomari capti i custodia tene
banẽ recepit. Gisortio p̃posit⁹ ẽ gaucurt⁹ veteran⁹ aura=
tę militię eques. rerũ gerendarũ lõga expientia & fide in
reges spectatus. Tot p normãniam locis potitus rex: cũ
et ꝓcerum p̃ñtia: & robustissimo exercitu instruct⁹ esset:
contractis ad nouiburgi planiciem copijs / dunẽsem co=
mi tẽ sequanã (rothomagum versus) trãsmittere iubet: p̃
missis ad ciues caduceatoribus qui ciuitatẽ ad caroli ius
repeterent. Quos hostis cõminata illis morte audire re=
cusauit. Tenebaẽ ei ciuitas firmissimo anglorum p̃sidio.
Caduceatorũ relatiõe pcepta Carol⁹ copias ad ciuitatẽ
ꝓmouere mãdat. Admotis in vrbis cõspectũ militib⁹: at
q; p caduceatorẽ de dedẽda ciuitate ciuib⁹ iterũ admo=
nitis: pstq̃ triduo toto quo illic acies constitit: nemo in
colloquium ꝓdiret: igruerentq; cõtinui ibres (erat enim
hyemis pricipiũ) dunẽsis cõmes ad põtẽ arcis se recepit

Dol⁹ dolo supaẽ.

Iohannes gaucurt⁹.

Rothomag⁹ obsidetur.

diuersantib⁹ p circũiacentes vicos ad hibernãdũ militi-bus. Dũ hęc ita rothomagi agunt: aliquot ciues qb⁹ grauis esset anglorum principat⁹: duas turres cũ muro itermedio per speciẽ custodię occupãt: aio quidẽ frãcos oppugnatiõis tpe in ciuitatẽ admittendi. Ea spe erect⁹ Carol⁹ dunensem comitem cũ oibus copijs rothomagẽses adoriri iubet. Posito in conspectu ciuitatis toto exercitu/ duas acies dunensis istituit: vnã cui ipe pẽrat ad portã (q̃ bellouaca dr) sistit. Altera quã claremõtẽsis comes Carolus ducebat inter furcas & ciuitatem se locat. Expectantibus in eo ordine francis si qd a ciuitate signũ prodiret: venit ad eos hora post meridiẽ ferme secũda homo eques renũciãs duas turres a qbusdã ciuib⁹ non alia cã teneri q̃ vt opẽ accedentib⁹ frãcis afferrent. Quo nuncio admonit⁹ dunẽsis sagittarios ad eã partẽ qua turres erant mittit. ipe vero pedes) reliquo comitãte exercitu) subsequit. Iam scalis erectis quadraginta armati i ciuitatẽ euaserãt: cũ Tallebot⁹ cũ trecẽtis egregie istructis pe ditib⁹ pperãs: militare vexillũ i sũmo muro sistit. Moxq; in eos q murũ superauerãt/ & qui turres tuebant debacchat⁹: sexagita trucidat pter aliquot quos seruãdos delegit captiuos. Qui vero pcipiti lapsu e muro i fossã volẽtes se demittebãt: vel cruce vel brachio (paucis icolumib⁹) sũt mutilati. Post scdaꝫ oppugnatiõis diẽ Rothomagẽses idignati aliquot ex suis nõ mediocres ciues a talleboto occisos eẽ: neq; parũ formidãtes ne alta oppugnatiõe expugnati pda fierẽt frãcis: primores ciuitatis assũpto suo archiepo cũ ppli turba pdeũtes sõbrecetũ forte ducẽ q̃ rex ãgl⁹ normãnię pfecerat p viã offendunt: atq; ad isequentẽ modũ põtifex alloqt. Nosti clarissime dux q̃ proxie nos circũsedit frãcorũ exercit⁹: neq; miserã ciuitatis cõditionẽ ignoras. scds nũc atq; q̃dragesim⁹ dies agit quo nec frumti/ neq; vini/ neq; lignorũ qcq̃ ad nos iportatũ ẽ oiꝫ rerũ & maxie ãnone caritas apd nos est: p necessariũ ẽ si salui eẽ volum⁹ rẽ cũ frãcorũ rege cõpoere

Tallebotus. Pontifex sõbrecetũ alloquit.

Liceat igiť tua cū venia reipublicæ & tuę saluti consulere Mittere legatos qui icto cū francis qualicūq; fœdere ciuitatē quiete aliqua leuent. Hæc pontificis oratio q̄uis duci non cōueniret: circum tñ aspiciens cum paucis satellitibus inter populi turbā se stipatū intellexit/ ferocitate celata: hūilitatem p̄ se tulit: se inquiens boni cōsultu rū quod ciues optimū factu arbitrarenť. Moxq; ad publicas ciuitatis ædes se cōferentem: pōtifex & populi melior pars secuta est. Ibi cōi assensu pontificē cū aliquot ciuibus atq; equitib⁹ anglis oratores cōstituūt. Quib⁹ mandata dant fräcū regē cōuenire: & cū eo pacis q̄ optimas cōditiones possent impetrare. Igiť p̄misso ad pōtisacrē pontificis officiali q ꝓficiscēdi ad carolum securitatem legatis obtiēret securitate habita ad sancti audœni portū tribus passuū milib⁹ ab ipa pōtisacre distantē oratores conuenere. Affuere caroli noie dunensis comes: cancellarius: Petrus bresseyus: & Guillermus cousinotus: & nō nulli alij ex regio consilio lřati homines. Considentibus vtrinq; legatis: rothomagensis pontifex orat rothomagensib⁹ imprimis remitti si qđ ab illis in carolū regē ꝑperā gestū esset. Id quicquid esset non incolarū malicia neq; franci nois odio sed ꝙ anglorū potentatui iuiti subijcerentur fuisse perpetratum. Nunc regis ptāti se ciuitatēq; ꝑmissuros si cuiq; liberū foret/ vel abire quo suus animus inclinaret: vel in ciuitate saluis fortunis incolere. si tñ ad discedendū pateret anglis sine offensione ad suos cōmilitones via. His tantum a pontifice postulatis nihil detractum est: mō iuramento firmarent ciuitatem in caroli ditionem posituros. Adiurati: cum in vrbē noctu reuertissent: gestorum a se rōnē donec illuxisset ponere nō valueřt. Coacta postera die cōsilio cui sōbrecet⁹ assistentib⁹ plerisq; anglis p̄sidebat: postq̄ legationis seriē pontifex enarrasset/ ciuib⁹ cōuenta ꝓbantibus: indignātes āgli cōcilio egressi: alij in palatium/ alij in arcē raptis armis se receperūt. Quare cōmoti rothomagēses arma

quoq; desumpsere.cōstitutis passim aduersus hostiles īsidias excubijs.Simulq; āglorū a se discessionē per nūciuꝫ carolo significant: vt sine cūctatione subsidiū illis ferat vno oēs animo esse recipere illū ī ciuitateꝫ.Interim cum ij qui excubabāt:anglosquo sdaꝫ p vias armatos icedere cōspexissēt septē ex illis trucidatis reliquos ī suas munitiones reppulerunt:murorū pte cū aliquot turribus & portis occupatis.❡Nec longa interiecta mora dunēsis comes cuꝫ ingētib⁹ copijs veniēs:Sanctę Katherinę cœnobium quod incolle ciuitati adiacente situ est(anglis qui ī pręsidio erāt se dedentib⁹)recepit.Quib⁹ ne p viā honfleuꝫ petētib⁹ pręndandi occasio eēt:carol⁹ pecuniā ad quotidianā ipensam donare iubet.Mox vero cænobiū ingręditᷣ.Dunēsis aūt comes ad portā quā marchauillam dicūt castra fecit Anno xp̄ianę salutis millesimo quadringētesimo quadragesimonono. Ad quē ꝓtenus accedētes ciuiū primores ex ꝓ pugnaculo quod ꝓ ianua erat ita sunt ꝓlocuti.Faustus fœlixq; regi & nobis tuus ad nos illustris comes aduētus sit:populi siquideꝫ iussu tibi occurrimus:portarū claues repn̄tantes:quo intelligas patescere fanco militi in ciuitateꝫ aditū:& queꝫ voles ex totis copijs numerū ad nos itroducere.Quib⁹ dunensis comiter r̄ndit:nō suo quidem sed eorū arbitratu se oia gesturū.Visum est mille equites cū suis sagittarijs qui in ciuitatē admitterentᷣ satis esse.Horū pars ꝓxime palatiū(quo sombrecetus atq; tallebot⁹ suū presidiū cōtinebāt)stationē habui.Altera inter palatiū & arcē sedē accepit.Tertia duce petro bresejo:ī ipo arcis cōspectu cōstitit.Reliquus exercitus ingens quidē & supra q̄ āte annos multos vis⁹ fuisset copios⁹ p agrū qui ad bellouacos spectat diuorsatus est.His sicuti annotauim⁹ ordinatis:āgli qui pōtē ad sequanā amnē tenebāt se dedidere.Sombrecetus vero orat ad carolum ire sibi liceat.Admissus petit id ratū haberi quod Rothomageñ.pōtifex de reddenda ciuitate apud sancti Audoeni portum ad

se veniēs retulisset. Cui ad hūc modū Carolus modeste rñdēs. Rē inquit sombrecete parū ęquā efflagitare videris. Poteras ęquo iure cū rothomagēsib⁹ frui cū de deditione ageret. Sed tu aduersus pacis legē pugnās quātuꝫ p te fieri potuit spem in armis reposuisti: conatus ciues a me auertere. Constitui ꝑpterea te e palatio nūq̄ dimissurū donec liberā ciuitatē vna cū honfleo & reliquis quę tui occupāt locis in meā ditionē restituas. Postq̄ hęc sōbrecetus accepit: valedicens regi in palatiū remigrauit comitantib⁹ illū comitib⁹ Claromōtano & Deu. Postridie palatiū arcēq; obsidere Carol⁹ iubet. Sōbrecet⁹ aūt vbi ad oppugnatioreꝫ parari tā diligenter oia a francis videt in coloquiū cū carolo admitti petit. Ad regeꝫ cuꝫ venisset: eadē quę prius postulās: vt ea quę fuerat. Rothomagensib⁹ indulta conditio sibi suisq; ꝑmaneret. Responsuꝫ accepit: id se frustra sperare qui apud sancti audoeni portū cōuēta recusarat. Atq; ita a carolo sombrecet⁹ in palatium digressus est. ¶ At dunensis comes Caroli iussu palatium arcēq; fossis circumuallat: ne obsessis egrediēdi facultas vlla esset. Igitur machinis tormētisq; circūadmotis: Sōbrecet⁹ dunenseꝫ ad colloquiū vocat. Data vtriq; fandi ꝑtāte: & diurnis per vices inducijs cōfirmatis: postq̄ diu multūq; vltro citroq; ituꝫ atq; reditū est. Cōuenit sombrecetū cum vxore & fortunis suis atq; anglis liberum dimittere ea lege vt aureorū quīquagita Carolo pacis tractorib⁹ milia sex persoluerēt: ęre quod a ciuib⁹ & incollis angli cōtraxerant imprimis dissoluto. Oppidaꝑterea atq; arces ab anglis per normāniā occupatis restituerent. His iureiurando roboratis & obsidibus (inter quos Tallebotus erat) datis sōbrecet⁹ dimiss⁹ est. Qui datę carolo fidei non oblit⁹ thomę hou & fouq̄to ethoni mandat loca de quibus cōuernat in caroli potestate reponēt. Reposita oia pręter harfleum sunt: quam arcem corson⁹ qui eā pręsidio tenebat relinquere pernegauit. Que cā fuit: vt vn⁹ obsidiū Tallebotus alijs abeun

tandem tolleret) animauit armauit impulit. Quippe veritus ne si Ludouico parthenopeũ imperiũ restitueret ambiciosus eius in apostolatũ ascẽsus Ambaxio auctore dãnaretur. Dum Ambaxio ficto ore vale dicit / oratq; ꝓ virili regũ iras frãgat: hispanum clam monet vt copias in Italiam augeat. Ille dum in patriam redit: per celeriores nũcios Ludouico mentem pontificis apperit. Hic vero cui nec miles / nec æs abundat ad fraudes se vertit / qbus virtute inexpugnabilẽ Ludouicũ fregit. Eniuero Ludouicus rem suis haud dignã animis ratus si hostem tñ ab Italia pelleret patrios illius fines inuaserat: validoq; exercitu (cui ducẽ marescallũ de Ruieulx dederat) russillionis terminos infestari iusserat. Iamq; salsam minutissimũ Russilionũ oppidum adeo arctissime obsederat vt deditionem hostile prẹsidium vltro offerret. Vtinã Marescalus conditionem oblatam accepisset: sed quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames. Renuit hostilẽ deditionem & quo respirandi spacium hosti pro libidine venderet simulata valitudine Narbonã cõcessit hinc obsessi Segnius oppugnantur & desidiores nostri sine duce lãguescũt. Vnus Rupispotę heros dũ magnanimiter oppugnandã arcem suadet bellicę machinę fulminibus ictus ad cœlites migrauit. At hispan⁹ empti tẽporis vsurã resarciturus auxiliares copias ad obsessos mittit. et interea ad Gõsallũ scribit pugnã oĩm studio detrectet donec suppetias ei ferre possit. Dũ gõsallus nõ solũ differt sed nõnullos ordinũ Francorũ duces pecunia tardat (ne Aubiniaco q multis incursionib⁹ hostes grauabat iungerent) hispani auxiliaris exercitus acrius ꝑperat: nostros obsidionẽ soluere cogit & semiuagos paucis tñ desideratis in patriã ꝑpellit. His sinistris auibus inauspicatior ligniaci mors heu heu successit: quẽ & regię aulę & populares gemitus publico luctu suspirarũt. Principẽ mea sententia nulli suę tẽpestatis cedẽtẽ. At publicas tersit lachrymas vrbe rediẽs Ambaxius cui⁹ aduentũ opportunũ hi

In russilionẽ expeditio.

Hispani ingenium.

Nñad salsã fugãt.

ſpanus exiſtimās vt quē pacis ſtudioſiſſimū tū ſuapte natura/tū Iulij impulſione ſatis nouerat madentē fere adhuc ruſſilioneo ſanguine legatū & in recēti vulnere ad ludouicū mittit/inducias ruſſilioneis finibus poſcit. Quas (neſcio quo authore)facili⁹(q̄ ſpaſſet obtinuit.dehic vbi patrijs larib⁹nil iā ſibi timendū videt militē a ruſſilionea pugna vocat & ingēti claſſe ad gonſallū deſtinat. Auct⁹ amicis copijs gonſallus caſtra nihilominus excreſci aut ambitu ampliore vallari ꝓhibuit/ne nouas creuiſſe ei vires noſtri dep̄henderēt quos nō modo cōmeatu laborare:ſed ducū multitudine(qb⁹ nullus ſupm⁹ pṙiceps erat) i diuerſa cōtrariaq; ſtudia ac factiones ſcidi ſciebat:augebāt illi victorię ſpē nōnulli pecunia ſuas in partes tracti:hinc nō ab re ſibi cūctandū fore ducebat:dū nr̄i cōmeatu lāgueſcerēt:& diffidētes minore negocio vicerēt. ſucceſſit illi ꝓ voto. Nā dū hinc auro corrupti pugnā diſſuadēt:hinc famelici pugnādū priuſq̄ inędię moriendū certāt pallātes icōpoſitis ordinib⁹ (vt quęq; ſua fata trahebāt)in hoſtes caſtris valdeq; clauſos irrūpūt:vt ipetū ſuſtinuit hoſtis. Primi qb⁹ nulla belli ſtis erat vix cauētibus ſignis fugiūt. Reliq vero vt q algore & fame fere effeti erāt/ etſi yuo allegrius ac ligniacus quā poterāt ad viriliter dimicandū hortarenť. Primaq; frōte pugnātes egregię virtutis ſpectaculū oſtēderent)erūpente in eos plenis virib⁹ integroq; robore hoſte paucis deſideratis captiſq; allegrio & ligniaco ad garigliani ripas fundūť. Capti etiā fuere a nr̄is qpiā haud ignobiles hiſpani qbus cōmutatis allegri⁹ & aubiniacus liberāť. Ecce qb⁹ artib⁹ circūuent⁹ ludouicus hiſpanos furores ſuſtinuit. Quib⁹ tn̄ nil territ⁹ Ludouicus dars ligniacę cēturię tribun⁹ obſtinatiſſime(q̄ Ludouici regis dono ligniaco ceſſerant) nōnullas arces defendit:ſperās aliqn̄ ludouicū exercitu reparato ſuas vlturū iniurias:ſed vbi expectatū auxiliū diuturna ſpe eū fefellit acie inſtructa: ꝑ medios hoſtes terribilis euaſit:& nec qdē tyrone amiſſo ingentē(qua

Infauſtæ induciæ.

Nr̄i ad garigliami fudunť.

Ludouici dars magnanimū facinus.

patet)per Italiã insubriã se recepit.Iã prisca Iasones alcidas eacidas theseos agãmennones leonidas coclites Scipiadas Põpeios ipsosq; Cęsares dissimulet ętas: vtq; huic conferendũ(qui ex tã remota prouincia:p tot hostiũ insidias incolumẽ cẽturiam reduxerit) vix inueniet neminẽ.Qđ etsi gõsallus Gallorũ triũphatorẽ se inscribi aliqñ sustinuerit:hanc saltẽ exiguã Gallorũ manũ sub inuictissimo duce insuperatã inuitis vidit oculis. O quid sperandũ fuerat si vnitus nostrorũ exercitus cõcordib⁹ animis manũ conseruisset.Ecce vnica centuria omnẽ hostium vim adeo suppressit: vt fortissimus quisq; trepidus transeuntẽ expauerit: dijs aut fortunæ aliter visum est: ne forsitan factiosę Italię sub Ludouico pax illaq; ætas saturnia tãdẽ redderet.Set quid nec sola in Italia seuiẽtis cœli pharetras perpessus est gallus.Nam & tã dira ardensq; p allobroges sabbatẽses Burgũdiones ac Lugdunenses anno quarto supra millesimũ & quingẽtesimum ęstas inualuit vt phaetõteã redisse putasses.Hinc publicis decretis votisq; imortalibus dijs supplicationibus ex villis lõgo ordine ppři lineis vestiti amictibus ꝑeũtibus pueris inuptisq; puellis in ꝓprias vrbes vndiq; cõfluebãt Set vehemẽtior exęstuebat nymbis oĩno repssis bulientis aeris furor.Nec ꝑcibus vllis superi flectebanť. Primi Chãberiacẽses cõterminiq; aquẽses(quos romanorũ colonos a Sestio procõsule crediderim)cœlitũ irã fregisse visi sunt.Illi eñ obsidib⁹ missis ab his ĩpetrarũt vt lignũ saluificæ crucis in quo & ipsa crux & saluatoris effigies sculpta cerniť chãberiacũ solẽni supplicatione deferrẽt. Ecce mirũ ad vtriusq; populi fines hinc illincq; vix ventũ fuerat cũ serenissimo e cœlo tanta nymborũ vis decidit vt deucalionea secula iurasses.Lętus vterq; populus cõmuni mistoq; ordine: hymnis resonãtibus: nulleuisq; collucẽtib⁹ facib⁹: vrbẽ ingrediť.Dehinc in arcis ędẽ deuenit vbi sacratissima illa Syndon in q̃ xp̃m dñm Ioseph sepeliuit salutifero sanguine picta visiť: ibi peractis so=

Videmirum.

Syndon xpi saluatoris apđ chãberiacũ visiť.

ẽnibus sacris fest⁹ dies indicit hinc mitior aeris tempe-ries eo ãno primũ fluxit / & frugiferę pluuię scaturiere: sed quia tardiusculę celestis grã manauit. Charioris annona mĩtipharijs ĩfirmitatib⁹ mixta lues eos populos biẽnio afflixit nec popularib⁹ anxietatib⁹ satia summos prĩcipes aut excõicauit aut occidit a Philiberto sabatense prĩcipe ĩuictissimo cui & forma paris: & virib⁹ alcides cessissent: incipiẽs mense septẽbrio ad superos illũ vocauit. De hinc anno sequẽti Iohãnã Ludouici vndecimi filiã Biturigũ prĩcipẽ cœlitib⁹ adscripsit: qđ & si Ludouic⁹ ossa parẽ tũ a blesis parrhisios in celestinorũ sacellũ vbi aurelianensiũ principum insignis ara est. Pientissime igẽti q; funeris pompa efferri curauerit. Nõ tñ seuientis astri furias euasit tã eẽ̃ egre valuit: vt vix vltim⁹ ei spũs supesset: Tota in lachrimas gallia vertit heroes aulici prẽs populus matrone vtvnicũ dilectissimũq; parentẽ lugẽt votis pcib⁹ sacris hostijs munerib⁹ cœlũ pulsant ĩdignũ visum ĩmortalib⁹ dijs tã optatũ terris numen dũ Franciscus pubesceret eripere. Cõualuit igit ĩmo fere reuixit Ludouicus: quẽ ac castorẽ pollux morte (vt suspicor) redemit federic⁹: ille Aragoni⁹ q p id tẽps mortalẽ sarcinam exuit. Cui⁹ spolia gallis erepta cũ hispan⁹ inultus detineret mens Ludouici fuit illa nouo exercitu vẽdicare: sʒ instituitũ distulit Elizabeth illa armipotẽs militarisq; virago hispani vxor q̃ post triũphatos (quos granatas vocãt) populos: cũ penni peritura vestẽ anno sexto supra quingẽtesimũ & millesimũ fœlicissime mutauit. Ea mors nouę pacis vinculum inter reges patefecit. Quippe hispanus exulceratũ haud ĩmerito Ludouici aĩm sciens vixq; erga eũ quẽ simulatis fęderib⁹ sępe decepat q dpiã fidei se cõsecuturũ nouũ amicitię pign⁹ vafro ĩ genio excogitauit: mittit ergo oratores qb⁹ ad ludouicũ frequẽti principũ corona admissis is q prias legatiõis ptes obibat genuflexo ĩ hęc verba orauit. QVAM pniciosæ execrabiles incõmodę ac iiurię fuerint (q̃s tua maiestas rex xpia-

Charior annona.

Philibert⁹ sabatensiũ princeps & iohãna biturigũ dux moriunt.

Ossa parẽtũ a blesis pisios deferri curat ludouic⁹.

Ludouicus egre valet.

Federic⁹ aragonus morit.

elizabeth hispania regia moritur.

Oratorũ oratio.

nissime mutuis odijs cum rege catholico exercuit simul tates) Et gallicus orbis & hispana res publica testari pñt. Tã.N.inauspicatis certatũ est oibus: vt vtraq; iperia nõ mõ: sꝫ crudeliorẽ etiam erynnim peniteat. O q̃ consulti⁹ in hostes publicos cõibus auspicijs infestas acies duxissetis. O q̃tum terrę potuit pelagiq; pari hoc queꝫ ciuiles hauserunt sanguie dextrę. Q̃ꝫ & si aduerso marte tui pedẽ reflexere: pthenopeũq; regnũ nobis cessere. Quid inde sperari põt. Si irate mentes perstent nisi aut tui aut hispani pricipatus imo & totius xp̃iani imperij excidiũ. Nã dum tua magnanimitas vltionem sitit Ferdinãd⁹ rẽ quęsitaꝫ tueri contendit: si iterũ i furias ignes sanguinẽ, vim arma crudelius eatur sani ingenij nemo est qui apertis oculis iminentem xp̃ianę reipublicæ procellã nõ perspiciat: sic greciæ vrbes (dũ singule iperiũ vẽdicare certant) libertatem nedum imperiũ amisere: sic macedonicus scissus pricipatus euanuit; sic reduces a troia pugna horoes periere: sic ergo hoc tuũ fœlix regnum hispanũq; fraternis vulnerib⁹ sese cõficient perdẽt obruent intemẽt: vt mox accurrens perfid⁹ xp̃iani nois hostis (qui tanq̃ leo rugiens circuit q̃rens quẽ deuoret) cõfectis aut saltem eneruatis vidicibus populis) decus xp̃ianum deleat. Dij potius iras infensaq; corda in melius vertãt, dẽtq; optatã nr̃is temporib⁹ pacẽ. Quod vix sine cœlesti numie fieri põt. Cũ regia celsitudo tua id exposcat: qd̃ ferdinand⁹ tantis partum sudoribus nullo pacto restituere velit. Certe raptas sabini repetebãt: quas amãtes romulidę (nisi priusceruicib⁹ rescissis: exhausto quiritũ sanguine: vrbeq; demollita) reliquere negabãt. Et qd illis irritati⁹ aut his furiosi⁹ exquiri po tuit. Ipse tamẽ raptę violatæ / pentibusq; auulse / vĩcula sẽpiterni amoris iter vtrosq; armatos / & i ipo cõflictu iuenere sic & vobi s q̃rẽ da est pax: sic iniurię remittẽde: sic & simultates sopiẽde: vt et illę qd̃ cõtum aciter amat obtineat: & tua sublimitas ęq ac si apud se esse illum potiri gestiat. Vix possibile id iqes;

imo facile/vtile decorũq; fatebere. Si ei ingenita ẽ prĩ-
cipib⁹ cum dijs immortalibus cõis clementia hacq; sola
ceteros mortales precellũt. Quid facili⁹ quã innata virtu
tę vsos iniuriarũq; oblitos in vnanimẽ mentem coire. Si
quã anxie quãtoq; ingentiũ exercituũ dispendio(qui au
spicati⁹ in bisantinos hierosolymitanosq; tyrannos mili
tarent) parthenopea corona a tuis lilijs tota Italia discre
ta tuo iuri(Si restituat̃) seruanda tuendaq; sit equanimi-
ter consideres. Vtilius eam germanę fuxię cõsanguineę
dotalẽ ea conditione(si nulla stirpe superstite decedat)
ad te rediturã largeris illamq; Ferdinando regi connu-
bio iunges stabili propriãq; dicabis sic enĩ tuis nutibus
res neapolitana reget̃: et affinem amicũq; regem poten-
tissimũ haud dedignãdũ acqres. Quo nil ornati⁹ magis
ue decorũ regio tuo apici accedere potest. Nã & regnũ
qd̃ vix marte redderetur dotale sanguini tuo efficit̃: tu-
is legibus/nullo freno/nulla impensa/nullis p̃sidijs onu
stũ/ppetuo pebit: qd optarius tuæ serenitati efferre po
tuit Ferdinand⁹. Nudam vxorem tuo stemmate regijsq;
virtutibus decoram exposcit: quã nõ suis sed tuis aut sal
tem cõibus nepotibus amplissimo regno tot sudorib⁹ q̃si
to dotat: te patrem te dominũ: te ducem rerumq; suarũ
principem amplectitur. Extingue igitur(si quę supsunt)
odiorũ flãmulas. Vnice animos iramq; tuã q cetera vin-
cis. benignũ amici regis aĩm suscipe: optatam spõsã; lar
gire: iam spera suauissimos nepotes: qui tibi perpetuo ser
uiant obsequant̃ quosq; et pater æneas et auũculus exci
tet hector. Et tandẽ regna opes amicos ferdinandi tuo
numini adscribe deuice. mouit Ludouici animum blan-
dior hispani oratio. Annuit sponsam per singulas gallia
rum vrbes hispaniarum reginam venerari decernit pa-
cis cõditiões laudat. Oratores amplissimis munerib⁹ cu-
mulat et fœdus(quod sanctissimũ sperabat) iureiurando
firmat plerisq; dedignantibus omnia ad hyspanos au-
striosq; transire: inultos francorũ manes recẽti sanguie

Germana fuxia hispano nubit.

resperſos ípar**ē**tatos / ruſſillioneis parthenopeiſq; finib⁹ vagari: nuptā francorū funeribus dotatam(ſi vnic⁹ frater fuxius comes occidat) amplam ei⁹ ſucceſſionē ad hoſtes deuoluturā: quæ & ſi prole carens diē claudat. Quis putet hiſpanū: quę ſemel q̄ſierit firmiſq;(dū p pacis quietem l꞉) roborauerit & pręſidijs & pugnaculis ſine ancipiti marte reſtiturū. Cui⁹ auara ambiciosaq; mens nec dum ſatia Claudiā Ludouici vnigenitam Charolo auſtrio nepoti nupturā inſubrū britonūq; pricipat⁹ cū bona regni pte ſecū tracturā ſperat hinc elatiori Auſtrio auitas clades vlturo in francorum ruynā cōſpirandi materiā naſci male reipublice cōſultū dū iura ad hoſtes migrant & regni integritas ſcindiť dū꞉ robur minuiť quo illorū vires creſcant. Dū deniq; cōſanguinitates aut affinitates contrahūtur nō amicitias ſed belli cauſas pariturę. Hinc mulie bribus titulis āglus auſtriumq; francos burgūdoſq; faſces expetere. hinc rouſſilionē reſtitutu꞉ liberas hiſpano in francos craſſandi habenas laxaſſe regias virgies tuti⁹ ſuis q̄ exterius nubere nō placere nuptias q̄ regiū dyade ma deflorent Quo hoſtiū frōtes regijs florib⁹ adornenť Hic primo ſen ſu꞉ tētātiū animos ſermo p vniuerſa꞉ galliā eſt dat⁹: ſcindiť incertū ſtudia in cōtraria vulg⁹. Potiſſima. tñ pręualuit ſnīa quę oratores ſingulis ex vrbib⁹ ad Ludouicū mittendos cenſuit qui generū auſtriū diſſuadeant et Frāciſcū valeſiū preferri Claudię connubijs ſupplicent electi igiť e ciuitatū primoribus legati turonos vbi Ludouic⁹ agebat proficiſcuntur. Et ad regē ad miſſi lutecianū oratorem publico orę hęc fari iubent Ea fides cultus feruor pietas ꝫel⁹ & deuotio populorū (qb⁹ tuæ numē clemētię imperat rex chriſtianiſſime erga maieſtatē tuā eſſe debent: vt quicquid illi aut noxium aut ſiniſtrū cōpererint ſuſpicantur ne mox fideliter apperiāt ne eorum taciturnitas latentem nutriat cōſpirationum aſpidē: nam qui ſummo regni diſcrimine aut diſſimulāt aut ſegn[illegible]ter agunt in perfidię notā facile collabunť. Qd

Oratores ſingulis galliæ vrbib⁹ ad ludouicum deſtinanť

Orō ad ludouicū p lutecianū oratorem publico noīe hita

et si curandum eis sit: ne quid temere ad serenitatis tuæ sydus deferant: vbi tamen rei ambiguitas iudicij certam fallit statera: aut diuti⁹ deliberandi spaciũ negat: vt cũq; sit diuinitatis tuę oraculũ consulendũ est: quo aut imminẽtis periculi leuet anxietas aut prudenti consilio hostilib⁹ insidijs obuiam eatur: hęc mens hoc studium vniuersos lilicolas animos mouere / cõcussere / imo & terruere / nũc maxĩe cum & tuo culmini casses tendunt: & gallico orbi parat excidiũ. Quid obstupescis aut hesitas: ac si athlantheã corruisse sarcinã conspiceres: q tam firmi obice oẽs regni tui aditũ pclusisse credis: vt facilius gigãteis manib⁹ cœlũ subuertẽdũ metuas. Pacata quippe oim Italia insubres liguresq; tibi vni parent. Omis gallis scabellũ pedũ tuorũ est. Perpetuus olim hostis angl⁹ fraternisat: hispanus vxorijs auct⁹ titulis se affinem nõ modo gestit: sed sibi cõe; cum Cæsare nepotem generũ; tibi offert: quid iam timendũ / quid expauescendu; qd vel suspicandũ est: tã potenti obsequentiq; principatui: tot pręsidijs stabilito: tot tantisq; fęderib⁹ societatib⁹ ac affinitatib⁹ firmato in tãta pacis quiete Proh dij immortales: tam potẽs iperiũ inuisum ab ęterno fuit: tot pręsidia oneri quã frugi: federibus apud piuros nil fragili⁹: intemeratã societatem / vix maiestas patitur. resarcitis amicitijs exigua fides: tuta ergo (quę nil nisi respirandi lineas hosti prebeat) erit hęc pacis quies / O venenũ / O cerbereũ achonita: quis (vt hoc tuũ fœlix iperium mortale redderet) serueũ vir⁹ miscuit hostilitas / quis propinauit. simulatis palliata beneuolentijs pfidia: qs circeos pot⁹ libauit & contabuit: credula Simplicitas: Philippus nẽpe austri⁹ paterno maternoq; stipite hostis mortiferã hanc pacẽ (cũ filiũ tibi generũ iurauit (quo tuti⁹ hisnanos peteret) thesiphonea primũ saniæ respersit rediens ab hispanis adeo mellitã propinauit: vt et mistos ferdinandi dolos simul ebiberis. Eo. N. momento quo succaream pacẽ laudas. propinantiq; plus ęquo credis: latentẽ sub melle

amaram illius nemorsij ducis ingentemq; tuorum cladē incautus hausisti: cor tuum nobile protin⁹ īpetijt acerba letiferaq; amaritudo: quaꝫ tamen forti pectore: īuictoq; animo sustinuisti: & ī authorem illam euomere tentasti vlturus nāq; violatam deorū hoīmq; fidem/ac iiuriā bi- ptitis copijs hostem īpeti iussisti nō poteratgemina tui martis fulmina viribus propellere: quę tamen solita frau de extinxit. Referrem me hercule quibus ille artibus frā cam virtutem parthenopeis russilioneisq; finib⁹ turpiter fregerit: sed qs talia fando temperet a lachrymis. Vnuꝫ heu etiam victos solabatur tali scꝫ virtute hostem vicis- se: vt et victoriā suam pertesum puduerit: sed proh iup- piter & hanc quoq; verecundiam (duꝫ illi fuxię nuptias minime remis) nostra iactura redemit vxorijsq; titulis te xit. O deleta sit culpa: franci īpune occiderint: & vmbra nemorsus erret inulta. Parthenopeis hispanisq; vxorius Rex tute īperet; firmę ab hic sint fędera: nec fortiori ne xu viciatur/aut iureiurādo feriant. Quid adhuc expetit: quid ve optati⁹ cupit; aut cupidi⁹ optat Generū (quo se pissime prudentiam tuā lusit) tibi procurat; Venenū ite- rū porrigit & excussum silicib⁹ aureo vellere supbis igneꝫ in hanc regiā tuā pat: nullę mediussidi⁹ ardentiores flā me: nulla dirior pestis nullus violentior hostis ī itegrum īperium quam seditio excogitari pñt. Et qd nisi apertā seditionem molitur hostis: filiam tuam expetit: (quo si regina mater occidat) Britāniæ pricipatum a tuis lilijs euellat: aut (si īter cœlicolas recip eris) Mediolanēsis du catus cū maxīa regni parte regiaq; suppellectile exter- no hostiliq; genero cedat. Quod si ābo æthereas sedes scanditis: nonne vtraq; sceptra illi relinquitis. Cui & fer- dinandus & Maximilianus post Philippum latissima im peria conseruant. Quiq; vxorio numine tantis auct⁹ im perijs: hanc etiam fœlicem coronam vendicare conten dat. Aureaq; lilia eradicatur⁹ conculcaturusq; sit. At spe ras ex anna augusta filium qui nobis imperet: dijt dent:

filio ne seditiosum sororiũ paras qui tuę hereditatis am
plissimam portionẽ armis a filio petat. Nonne tutius lili=
gero principi filię nubet / qui et filio tuo obsequatur :et
quam reportabit dotem in eius patriæq; auxilium totaʒ
profundat. Quinimmo (si infantem filium superstitem
habueritis) nonne auspicatius apud sororem in patria
quam apud externum (qui iugurtino ingenio eius tute=
lam ambiat) educabitur. At si non sit filius. Nonne dulci
us superillustrj Francisco Vallesiorum principi (cui regij
post clementiam tuam fasces debẽtur) Claudia tua vxor
erit optimis titulis in patria regnatura quam (si alio
nubat) bellorum matricem in penates patrios delatu=
ra: vnitatemq; tuorum liliorum scissura. Certe Rex se=
renissime / nemo est sani ingenij (qui suauius apud su=
os pacifero nexu victuram quam alienigenis imperan=
tem belliq; fomenta ferentem Iasoneam fidem (cuius
insigni ille gener gloriatur (suo malo experturam) lu=
ce clarius non perspiciat vix. N. ab infirma radice since
ritatis fructus venire potest: scit sublimitas tua (vt iam
commemorauimus) quod te dolis illius parentes regi=
am fidem tuam fefellerint: ne spera a vulpibus agnum
procreari: mitia non solita est quercus producere po=
ma: nunq̃ palladia glandis nutritur oliua. A tuis autem
lilijs quid (nisi puram integritatem innocentemq; fidei
candorem) expectare potes: confere igitur lilium lilio:
fidem fidei: puritatem rectitudini. Et generum Franci=
scum amplectere quo nil ornatius / nil nobilius / nil iu=
cundius / nil optatius / nil auspicatius aut fortunatius
vniuersæ reipublicę tuę exquiri potest. Aspice quan=
tę precor maiestas fronte coruscat: quaʒ lænis blandos
ornet clemẽtię ocellos: quãtaq; florescat iuuenili pecto
re virt⁹. crede mihi nec vana fides gen⁹ eẽ deorũ) cui⁹ il
lustri numie maiestati tuę fœlicitas hostib⁹ cõfugio filię
fidelis amor: & p̃ria tua aurea illa ętas orienſ, vix tenuit

lachrimas in intima cordis leticia Ludouicus cũ singula
rẽ erga se vidit suorũ deuotionẽ;&vt erat alter publice
la benigno vultu his verbis respondit nulla dies nec læ
thece vnde oblitterabũt viri optimi populorũ meorum

Ludouic⁹ oratorib⁹ respõdet.

hoc integerrimi amoris pign⁹:q tã prudẽti sollicitudie
solij nostri robur ęternitatẽq; procurant:meq; nõ modo:
sed &vnigenitã Claudiã tãta veneratiõe obseruãt:& e
colũt indignũ ꝑfecto esset vos tã amata pricipe p ini
riã priuari:aut externum eius cõnubijs Frãcisco valesic
(quo nil mihi sperat⁹ est)ꝑferri:quas igit̃ optatis nupti
as gestienti pectore accipite:curateq; vt publica lætici
quantũ p filię ętatem licet initient.Hęc vbi rex fat⁹ est:
cuncti grãs agunt.Sponsalis dies dñice ascensionis ind

Spõsalis dies frãcisci& Claudię ludouici prio geniti celebratur.

citur quo Francisc⁹ Claudiam in futuram coniugẽ vni
uersę applausu galliæ accœpit.Tunc mea sententia fœl
cius astrũ arrisit nostris/quo sinistro iubare externus no
ceret Philippus nanq; austrius qui vxoriũ castellę regnũ
Socru mortua vendicatur⁹ petierat apud hispanos vene
no(vt aliq asseuerãt)vitã obijt mense septẽbrio.M.v.ac
sexto dñicę pietatis anno:visum suspicor dijs(ne initas

Philipp⁹ austri⁹ castellę rex moritur.

in deorũ stirpẽ propagandã nuptias turbaret)poti⁹ sy
dereo sceptro illũ donare quã terreno.At iuli⁹ pontifex
maxim⁹(ne infęstũ quidpiã fęsti ociosiq; gallię dies suæ
sedi ꝑcrearent verit⁹)negociũ exhibuit:siue dolis(duq
lætior mens oẽm suspicionẽ posuisset)patentiorẽ rat⁹ lit
teras ad Ludouicũ dedit benemerita xp̃ianissimorũ re

Lrę põtificis ad ludouicum.

gũ erga romanã ecclesiã cõmemorat:qui nõ solũ a lom
barda rabię illã liberarit/sed ingẽtib⁹ dominijs ditauerit
inuictissimiq; ecclesiasticæ liberta tis vindices semp fue
rint,Eum(qui ab pientissimo stipite ductus sit)decere:
et sceptra/& auitos mores referre non posse(qui se pri
mogenitũ xp̃ianę religionis profitet̃)siue dedecore ma
ternã ferre iniuriã:Precipuos illi⁹ thalamos eam quę ab
vbertate pinguis dicitur bononiã bentiuolũ adulterare
incubare.In mentẽ iam veniat diram luem vlcisci:ꝑpet

victricibus armis almæ genitrici opem ferre: ne degener videatur/& anito indignus dyademate merito censeatur. Vix hasce perlegerat literas Ludouicus: Charolo Ambaxio qui cisalpinæ vicarius Galliæ erat euestigio scribit copias quæ illic pręsidio erant contrahat pōtificiq; protinus auxiliaris adsit. Paret Ambaxius in Bononiensem agrum exercitum propere ducit/inuadit/incendit/& hostili marte incursitat: nec mora. Ecce & Iulius ingenti tum cardinalium tum militum agmine cinctus adfuit & totis animis (si ficti non erant) venientem Ambaxiū excepit mistis viribus in bononiā itur. Obsidetur vrbs Bētiuoli pulsi in cōmunē (etiā hosti) asillum galliā profugiūt: vt euanuere pronā ciuitas in pontificis nutus dedit. Interea genuēses seu ingenita vanitate ducti: seu (vt pleriq; ferunt) pōtificis suggestione (q & classem ī ligustico mari detinebat crebrissime pulsat) a ludouico defficiūt & ludouici p̄sidium excutiunt. Nobiles & clarissimos quosq; viros ꝓscribunt ducē paulū nouū lanarū infectorē nouūq; oīno hoīem sibi pręficiūt classem numerosam parāt perq; ligusticū mare vadētes monarchi & stationē & arcē obsident. Id phama an exactorū ꝓscriptorū obsessorūue q̄stus ad ludouicū prius detulerit incertū est. Ego certatim a lesis quā celerius potuerint nunciatā iniuriā reor vbi tristē accepit nunciū ludouicus terra mariq; quātas vnq̄ antea parat copias quib⁹ sese imperatorē p̄buit/transactisq; alpibus in liguriā mouit. Pręcluserant iuga inuiasq; montiū angustias validis propugnaculis genuēses: sed q d: apollini glacialē massam opposuerant. Nā (vbi nostri aduētauere) peditū manus supernacuam timidis defensoribus molem (ingenti tñ hostium clade) expugnauit. Pernix nūcius dirū facinus pauefactę vrbi detulit vndiq; met⁹ & simillima mortis ymago (ac vt in iam capta vrbe) sontes excruciat coit senatus: pars nauibus conscensis migrandum censent: pars Mediolanenses etsi pertinacissime rebellarent clemen-

Charolus Ambaxio auxiliaris pōtifici ī bētiuolū mittitur.

Bononia gallorum ope pōtifici dedit

Genuenses a ludouico defficiunt.

Ludouicus in genuenses.

Genuenses vincūtur.

tiam optimo in principe probasse prædicant: esse & eis penitentibus sperandum: qui demulceāt iratū regis animum mittendos esse oratores. Hæc sola placuit desolatis sentētia e clariorib⁹ (si qui tumultuaria in plebe erāt) eliguntur. Qui nil segniter agendum rati ad regem citissimis equis venere ad solium eius oblati prostratiq; propriam perfidiam accusant: temerarios ausus damnant: maiestatis sese reos fatentur: set nisi peccassent nulla exercendæ regiæ clementiæ occasio patuisset. Mestis penitentibus & victis det veniam & vrbem (quę quodlibet regij culminis imperium ab hinc pronis animis subitura sit) illesam seruare & placato numine visere confirmareq; dignetur / gementes supplicant seuero supercilio oratores audijt Ludouicus: largos tamen solitæ humanitatis riuos cohibere non potuit quin paululū explosa ligustica vanitate exibilataq; vulgi pertinacia: vrbi pepercerit A victis ingenti applausu (innumera tamē armatorum militum acie cinctus) intra mœnia recipitur: cui Paulus ille nouus ducalium titulorum temerarius assertor (dum cymba timidus effugere tentat a regia classe intercept⁹) offertur: maiestatis reus capitalem sententiam subijt: victis liguribus Ludouicus per insubriam gallias repetijt tunc primū quietem sperare ausus: sed dum iam ædem claudere tentat: Iulius pontifex (aut patriam gallo regi seruire ægre ferēs: aut innata inquietudine tract⁹) claues (quas in eos vsus sibi creditas minime putem) ad immittendas orbi christiano Eumenides conuertit. Suis nempe literis Maximilianū Ludouicū Ferdinandū ipsamq; Margaritam austriā (quæ Charoli austrij ex fratre nepotis tutelam gerebat) pulsat quo vnitis animis nexi in cōmunes principum christianiq; nominis hostes Venetos arma capessant. Prima pontificis vaffram mentē Margarita perspexit: latentēq; in verborum flosculis colubrum fouere ausa est. Nouit enim eo cōsilio Iuliū in Venetos bellum suadere: quo (& quas ecclesiæ attinētes vrbes oc

Genuensiū legati ad Ludouicū.

Ludouici clemētia in Genuēses.

Iulij pōtificis astucia.

cuparant Veneti) gallorum ope reciperet & desertū Venetorum auxilijs Ludouicum (conciliata mox sibi eorū amicitia) ab Italia facilius pelleret. Quinetiā & pontificis ingeniū viraginis spes excessit q̄ ex Ludouici venetorumq; diffidia vtriusq; victoriā Maximiliano patri sperare nil verita est. Erectis igit animis mulier colū arripit: quo iniqui funestiq; fœderis inexplicabilem glomū neuit. Mox adriane speciem personata: Ludouico scribit se ab incunabulis francorū regiam coluisse a qua si euulsa fuit Maximiliani a Venetis male consulti culpa fuit se adhuc eo instituto viuere vt si aliquando irarū causam præbuerit æterni fœderis monimentum iam sit allatura Venetos dedaleū labyrinthum struxisse quo discordię minothaurum regalibus animis perpetuam luem enutriunt. Concordię stamen apud se habere quod vestigia per Venetas fraudes nullo errore ducat: Bene consultum christianæ reipublicę si in Venetorum excidium reges conspirent: quod (vt decētius tutiusq; fiat) se camerarum venturam vbi (si regius id animus annuerit) eius maiestatis legatos conuenire fas sit. Properandum esse eius prudentię vt eos viros ad se deleget qui rem tam vtilem & arduam sanctissimis fœderibus firment. Oblatas literas Ludouicus vbi legit extemplo Georgiū Ambaxium camerarum ire iubet: Regijs votis obsequitur camerarum magna procerū aulicorūq; ac prælatorū corona septus aduenit vbi a Margarita festino applausu accipitur. Quid plura tam belle / tā blande / tā suauiter / tam deniq; caute eū irretit fœmineis ambagibus vt nihil illi abnuerit. Coniurant igitur illa Maximiliani Ferdinandiq; ac Charoli nepotis verbis. Hic vero Julij (cuius legatus erat) ac Ludouici in Venetorum perniciē in quos cōmuni marte eundū decretum est. Rebus īfœliciq; fœdere sic cōpositis ad Ludouicū Ambaxiꝰ redijt. Nil morādū cēsuit Ludouicus ingētes cōflat copias quas in insubriā p̄euntes pone sequutꝰ est. Sperabat cōiuratos idē

Margarita austria ad Ludouicū scribit.

Cameraci fœdus in venetos cōspiratio.

facturos sed rem dissimulantes omnē belli sarcinā in eū deposuere. Omnis.n.eorū cura fuit nō aperto bello sed incursionibus Venetos lacessere(vt dū Ludouicus dimicat)q̄ sua esse quisq; ptendebat reciperent eum mox pugna fractiorem inuasuri qui id parū caute animaduertēs in hostem signa explicat. Ductoq; exercitu & ad abduā ponte facto flumen superauit moxq; pontē(ne vlla fugę spes suis esset)obrui iussit. Duo Veneti exercitus erāt duces: comes Petilianus & Bartholomeus aluianus ille impediendū regi fluminis transitū ducebat. Hic vero potius virtute q̄ arte hostem superandū: dū deliberant mirantur Ludouicū flumen iam transiluisse. Capto igitur consilio exercitū lęui incessu reducunt: eos persequitur Ludouicus tripartito agmine. Ventum erat in locum (cui aguadello nomen est)non longe a Peschierię oppido vbi tumulus erectior natura quasi munitus erat hunc Veneti occupant & castra vallare tentant: sed Ludouicus collatis signis maturius q̄ crederēt, pugnā expetit & aggreditur aluianus(vbi nec respirandi hora datur) milite cōposito aciem expedit illi & loci cōmoditas & ingentiores copię victoriā polliceri videbantur: sed inuia virtuti nulla est via nec regijs animis inexpugnabilis locus esse potest. Diu incerto marte pugnatur. Aluian⁹ ferox suos cōcitat cursitat hostem lacessit. Mox miles mox imperator nullas strennui viri partes ab se desiderari finit: nec minus egregie in hostes fertur Ludouicus Borbonio reliquisq; sui sanguinis proceribus acerrime pugnantibus ptinaciter hostes se defendunt. Pertinacius nostri oppugnant tandē aluianus(vbi suos iam fere cessuros videt) vah inqt milites: sic ne Italiæ libertas vestris dextris ptegitur. Et furibundus inter confertissimos hostes sese torquet vbi magna virtute dimicans sancius capitur & in regia castra deducitur. At Petilianus vbi collegam vinctum audijt non illum vlcisci tentauit: sed fugā vecors arripuit in fugam & cum duce milites vertūtur nostri fu

gientes persequunt͂/trucidant/obruũt/dissipant. Ea pugna hostiũ quindecim milia cesa ducẽtis e nostris desideratis. Victoris Ludouici in potestatẽ venere Brixia Bergomũ Crema cremona cui & Patauini sese dedidere fidelis tñ rex quia Cæsarei iuris erant Maximiliano eos reddidit: cui Vincentia Verona & reliquę quas Veneti occuparant eius imperij vrbes cessere. Iulius fauentiam Imolã forliuiũ aliasq; ecclesiasticę ditionis ciuitates excepit Ferdinãdus Brundusiũ tarentũq; inuasit: Patauini tñ eiecto Maximiliani prę sidio ab eo defecere in quos mouit Maximilianus vrbẽq; obsedit. Cui auxiliares copias duce Pallicia Ludouicus misit. At ille (etsi in manus iamiam vẽtura ciuitas videret) obsidione soluta sese in germaniã inglorius proripuit: ecõtra reduci Ludouico Mediolanẽses illustrẽ parauere triumphũ deauratũq; romanorũ instar currũ obtulere: sed vt in recusandis honoribus se gereret: quantũ in emerẽdis egerat: deo optimo maximo nõ sibi gloriã deberi ꝑtestat⁹ currũ triũphalesq; laureas modestissime detractauit cœlitibusq; dicauit. Dehinc humanissime babitis insubrib⁹ Sauonã perrexit vbi ad se venientẽ cũ vxore ferdinandũ regio fastu excepit inter reges iterũ firmatũ est fœdus. Nõ suę macta ta: sed sacrosancta christi saluatoris hostia solẽnibus cerimonijs libata. Illinc quãtus a Nemęa alcides silua tumidi leonis onust⁹ spolijs in patriã redijt ludouicus quẽ gestiẽs/applaudẽs/exultãs/iubilãs/extollẽs/oĩs eũ gallia exceperit salutauerit hystorię fidẽ excedit: sed dũ sanctis martyrib⁹ Dionysiano in tẽplo leonina trophea spoliaq; lętior offert inuictũq; leonẽ domuisse a blandiẽtib⁹ aulicis predicat͂. Sensit adriatico e sinu lernea crudiorẽ hydram seuire q̃ vulneribus fœcũdior geminas in ceruices pullulasceret. Quippe veneti quos ad extremum fractos qlibet iurasset: pontifici Iulio (vt ante cogitatione pixerat) recõciliati ab eo obtinuere vt cõmuni marte ludouicũ maximilianũq; ĩpeterẽt. Paratis igr͂ rapti copijs

Veneti a ludouico vincunt͂.

Ludouici fidelitas.

Quæ vrbes cuilibet cõspiratorum cesserint.

Maximiliani cæsaris ignauia.

Ludouici modestia

Ludouici & ferdinãdi ad Sauonã colloquiũ & fœdus.

Veneti pontifici Iulio cōciliantur.

pontifex mirandulā veneti mutinā occupant.nec sedata est pontificis sanguinea sitis qn & in ferrariȩ ducē Ludouici amicū irrueret.Indoluit ludouicus nec ferendā Iulij impietatē duxit:attamē ne vllas veri ecclesiȩ filij partes omitteret literas ad illū dat.Se mirari cur tā varie ageret cur pter fœderis cōditiones nō modo venetos(quos prius abhorrebat)ecclesiȩ restituisset:sed in amicitiā recepisset/& in se fœderisq; socios suppetias tulisset.Quin

Ludouic⁹ ad pōtificē scribit.

etiā & in ferrariȩ principē fœderi cōscriptū arma inimicamouisset non decere pontificē fidei date tā exiguam habere rationē & indicta causa optimos filios dānare si iniuriū qcq̄ in ecclesiā cōmiserit ferrarius ad socios referēdū esse nō ad iimicos se amicū filiū optime de apostolica sede meritū(vt q nec bentiuolis pepcerit)ȩqorē iudicē esse q̄ censeri debeāt veneti religionis hostes ab ei⁹ sede indicati.Caueat ne dū sanguineas man⁹ in pios filios armat Iouē irritet/q saturnias furias miȩ passur⁹ sit:qua frōte qbus oculis/quoue stomacho hasce legerit literas Iuli⁹ tragico boatu q̄ hystorica modestia apti⁹ explodere͡t.Infremuit ei nubila frōte toruis oculis hyrto supcilio pectoreq; ad nauseā spirante plegit intumescēs frendēs rugiēs:& romȩ inqt asilū est & i latio tute delituit Saturnus: Anne decet patrē filij iudiciū subire.Nū potius in dubiā imperij aut seruicij aleā eundū est.His dictis sese a cōspectu ei⁹ q literas tulerat summouit ambiguū celer ad ludouicū nūcius verbū & ancipitē pōtificis mentē retulit.Turba͡t excandescit asperāq; vindictā concipit Lu

Ambaxi⁹ cardialis morit.

douicus quā lenire potuisset Georgius ambasi⁹ pōtificiȩ regięq; amicitiȩ studiosior ni ad emeritos cœlos vocat⁹ superos p virtutū pontē(quē viuens astruxerat)petijsset orbatus vnico achate Ludouicus ad Charolū Ambaxiū scribit insubrios exercitus pōtifici venetisq; obiciat ferrariū defendat & illatā iniuriā vlciscat.Ecce his Ambaxius quo duce Iulius Bononiā subiugarat in Iuliū fertur mutinā mirādulāq; expugnat.Set dum aut armis aut sa

nioribus monitis pontificē a pertinacia reuocare tentat ægra valitudine corripit & fœlicem spiritū ad ethereos triumphos efflauit: quod vbi Ludouico nunciatū est: ne tam strennui ducis mors hostiū animos angeret Gastonem fuxiū sibi attinentem Nemorensi principatu donatum proregem. Ad insubres misit qui receptis Ambaxij exercitibus in pontificē accingitur. Ille territus nō solū arma terrestria parat: set pontificias imprecationes anathemathaq; fulminat. Ecce quē nullę humanę vires hactenus obtuderant Ludouici animū religionis mallens pene contriuit qd vt dubię mētis scrupulum deponeret prēsules galliæ turonis cōuenire mandat. Congesti patres (vbi pleraq; & de religione & de pōtificis impietate disputarūt) lugdunū migrāt ibi christiani orbis synodū a pōtifice expetendā quā (si abnueret) a saniorib⁹ patribus in vniuersum intimandā vt ecclesiastici corpis lāgorib⁹ salubri⁹ mederi mores corrigi & pax inqetis animis imitti posset: & (si qd in terra violētū pōtifex audeat) armis iniuriā ꝓpellendā vnanimes decernūt. Hanc patrū sentētiā ludouic⁹ maximiliano ferdināndoq; innotescere curat: ille opinionē laudat hic vero iudiciū solito īgenio vt dubius differt dū cunctat maximiliani ludouiciq; oratores Iulio ꝑces ecclesię offerūt: qui vbi in caput suū parari censurā videt oratorib⁹ nil respōdet illorūq; pricipē Auxi tanen. cardinalē in mole adriani sub custodia mancipat. Mox ad ferdinandū scribit: iam patere Ludouici mentē q̄ nil nisi Italię fasces ambiat synodū ea ratiōe expetere vt (exacto a sede romana ferdināndi amico pōtifice) in parthenopē via pateat iāiā extinguendū publicū hostē q & venetis q̄ prius dederat auferre nix⁹ sit: & idē in amicū regē moliat nullā illi esse fidē seruādā q nec ab ecclesia abstineat: nūc nūc opus esse vt catholicū ecclesię filiū & ꝑsidem exhibeat totisq; viribus matris iniuriū propellat. Minimi edepol negocij fuit procliuū ad serēdas ȝiȝanias Ferdinandū dimouere. Lectis igitur literis

Charolus Ambaxi⁹ moritur.

Gasto fuxius prex creatur.

Conciliū turonis celebrat.

Cardinalis Auxi tanen. a Iulio in carcerem mittitur.

Iulius ad ferdinandū scribi.

ingentē quæ Neapolitano regno p̄ſidio erat militū con geriem ad Iuliū properare iubet. Idē & Veneti peragūt verum Iulius (ne dum auxilia expectat interea hoſtis in eum irrueret) ingēti auro helueti̇os ſolicitat quo Mediolanenſem agrum hoſtili manu inuadant quod obtinuit Sedunenſi pręſule (q̄ qui inter heluecios magni habebatur) ordini cardinaliū adſcripto: irruunt heluecij in quos primus exiguū militū agmen Baro Contynus eques magni animi fertur & ſupra hominē pugnans occiditur. At fuxius prorex hoſtes auro impulſos auro facile ſe repulſurum indicans aureorū ſcutorū molem illis obiecit. Aureo ſplendore execati abſceſſere: eorū tñ aduentu erecti Brixienſes Bergoniēſeſq; a Ludouico ad venetos defecerant. In quos fuxius excuſſis heluecijs inexpectat⁹ copias cōuertit. Perq; arcē brixienſem a ſuis (qui alacri p̄ſidio/eā defenderant) exceptus vrbē infeſtis animis ingredit̄. Territi ſubito caſu Veneti milites & ciues paſſim cedunt̄ vrbſq; perfida a noſtris diripitur. Ab his ſigna in Bononienſes mouit fuxius: nec hyeme territus Bononiā obſedit Iuliūq; in fugā vertit. Pręerat cardinalis papienſis legatus bononienſibus qui eo expulſo fuxiū ſuſceperunt. At cardinalis ad Iuliū profugiens a Io. Franciſco Ruuero quem Vrbini ducē & vrbis pręfectum Iulius conſtituerat ante pontificias ędes obtruncat̄. Eo facto pleriq; cardinaliū pauefacti aut Iulij mores peroſi diffugiunt. Piſiſq; conciliū authoribus Maximiliano ac Ludouico vocant: concurrunt toto orbe patres citandūq; Iuliū decernunt. Citatus venire recuſat & ſcelerū ſibi cōſci⁹ culpā armis defēdere ſtatuit. Heu heu quo abijt pri ſca illa pontificū romanorū ſanctitas quo inſons cōſciētia q̄ principū minas floccifaciētes nō armis ſed virtutū radijs eccleſiā fūdauere cōciliaq; nō effugiētes ſet celebrātes obiecta in ſe crimina pleno eccleſiaſtice matris ſenatu diluere. Ecce iulius q̄ paſtor ouiū credit̄: ouiū vocē nō audit: ſet miſellas obtrūcat qq; illis pacē proprio ſan

Heluecij inſubriā inuadunt

Baro cōtinus occidit̄.

Brixia diripit̄.

Bononia capit̄ a noſtris.

Cardinalis papiēſis occiditur.

Conciliū Piſanū.

In Iuliū.

guine mercari debuerat. Inquietem illis imprecatur Augustus eni et hyspanis et venetis auxilijs non lachrymas cum Ambrosio: set arma cu Iuliano a quo natiuu nomen nactus fuerat in filios ecclesiamq; explicat. Ab eius impetu nil ibi tutum patres rati mediolanu migrant: & pontifici fuxium obuiam ire iubent Castra ad rauennam fixerant Iuliani milites ingentiq; vallo aggeribus ac profundissimis fossis munierant Illuc vbi applicuit fuxius crebris incursionibus hostem ad pugnam prouocat: sed castris clausus belli copiam abnegat cunctantem pane factum territum ac vecordem. nostri existimant irruendu esse in castra (quibus nec tute latere hostis discat) vnanimes exclamant. Illum a Rauennatibus commeatu iuuari se famescere nescire tam propinquum inimicum & vrgentem inedia ferre cum mora illi prosit. sibi noceat si bi ducem esse q vel proserpinam Cerberumq; ab inferis extorquere ausit. Audentem non sequi ignauu esse & perfidiæ specimem; hic sermo tam increbuit vt ad fuxium delatus stimulu magnanimo eius pectori addiderit. Solennis dominicæ resurrectionis dies illuxerat. Haud segnis fuxi⁹ sacris paschalibus de more expletis aciem instruit. Perq; cuctos ordines cursitans milites ad pugna hortat & cauentib⁹ signis marte capessere obsecrat at nec tunc hostis in campum prodijt: set sese claustris obserans animorum virtutem: non modo set et vix ipsi penetrandos Herculi anfractus opponit. Haud aliter infremuit fuxi⁹ quam circu alta pecudum stabula famelic⁹ rugit leo. An ne (inquit milites inanes fossulę tumidi neqq aggeres. Aut inermes pali hostem vobis eripiet quos nec penitiores ticini aut abduæ aluei / nec aerea alpiu iuga / nec pergameis cinctæ mœnibus Italiæ vrbes hactenus terruere. Ecce extremus labor suprema vis vltimaq; spes hostium qui viribus diffisi / virtute desperantes / ad dolos / latebras difficilesq; laberinthos / confugiut. Nuc animis nunc virtute nuc illis victricibus armis opus est

Oro fuxij ad milites

O milites quibus et ligusticas arpias / insubriū colubrū / Venetumq; leonem fregistis. Ecce hyberię vulpes supsunt / quę tot tantisq; iniurijs gallicum nomen affecere: ęcquis tam vecordis animi erit qui errantes parthenopeis russilloneisq; finibus parentum amicorumq; manes inultos patiatur. Quis ducis illius nemorsij (cuius me heredem regia fecit liberalitas) crudele excidium non vindicet vbi et sua arte clausus hostis omnem fuge viam sibi interdixit. Proprijsq; irretitus est cassibus. Concurriste: O comites solido robore obruite / ifrigite perdite rūpite / fulminate / femineos fornices aut vulpinos cunicu los. Quis.n. hoc virile credat munimentum vbi ignauis bus septis quam fortibus armis plus spei inest. Et si virorum est: maior huic erit gloria et viros et virorum propugnacula vicisse aut si moriendu; est. Quæ beatior mors optari potest quam (dum nec hostis vires nec artes timentur) pro patria occubuisse. Vincamus igitur fortes: obteramus munitos / aut moriamur: et in media arma ruamus. Hæc fatus peditū acies (quibus duo flumina belli molardus ac Iacob ille gallicæ hic germanicæ ductores erant) Bipartito agmine congredi iubet medias aute; bellicas machinas disponit ipse vero prim⁹ inter omneis nil non Cæsareum / nil non diuinum sublime augustum ingens excelsum exhibet. Tantus tormentorū fragor: tantus tubarum clangor: subitus exoritur vt stelliferam corruere nolem pertinacius iurasses. Nam et hostis letalia fulmina eiaculat / et ordinibus dispositis latissimis fossis defensus nostros eminus a castris arcet. Primo congressu parilitq; fato mauortij duces molard⁹ crotę dominus ac Iacob flammiferis bombardarum ictibus collisi pugnantes occubuere: nec ob id cessere nrī: sed inter fulminum telorumq; innumeram plebem irruentes / & fossas / & palos / et aggeres et machinas supauere. misstisq; copijs et pedites et equites inimica in castra pene trauere. O si nemorsium furentem ferientę; flagellan

Rauēnatensis pugna.

tem fulgurantem demolientem eradicantemq; vidisses martem ipsum humanis tectnm artubus haud abre pu= tasses: infremit / cursitat / dirumpit / euellit / trucidat / prę cipitat capita / Ceruices / brachia / hũeros / crima / equos ipsasq; integras hostium acices: haud aliter quam sic= cam messe; edax immissus ignis diuidit / deuorat / absor= bet / deglutit / exterminat: Non tulit tantam suorum stra gem acerrimus hostium dux Petrus Nauarrus. Sed vbi suos iam terga vertentes conspicit Vah (inquit) vecor= des. Sic ne tam sępe victis ceditis. Et furibundus in ne morsium fertur. Mouere Hispanam pręsumptionem du cis asperior increpatio: et cordatissimi ausus conglo= merati igitur resumptisq; animis qui iam fugiebant, vna nimes duce; sequuntr. Ecce feralis instauratur pugna. Et incertis volitat victoria pennis vtriq; eam sibi spe= rant / exclamant / pollicentur: hinc vtriusq; populi in= gens enituit virtus quam et sepulta iratis in pectori= bus odia / et inuictissimi duces / et studiosior emulatio augebant: sed fuxius yuone Allegrio / eiusq; filio (que; vinerolij dominum pater destinauerat) Pallicio triuul= cio ac ceteris legionum præfectis concurrentibus. om= nem hostium vim repressit. ¶ Primo impetu Nauar= rus & maxima insigniorum hostium manus capiuntur: ꝓrex neapolitanus celeri equo salutem quesijt quem secuti ducenti supra mille equites totidemq; pedites, pugne se subtraxerunt exanimauit vilis comitum igna= uia reliquos qui o mne; spem e[illegible]untes in fugam vertun= tur fugientes nostri persequuntur opprimunt / interimũt et semiaminibus cadaueribus ad quartum lapidem vias sternunt. Verũ quam accensi animi quam implacabilis odiorũ sentina / qua; deniq; inuidæ / pertinaces / maleuo le hostiũ mentes erant patuit Cum redeuntibus nostris semimembres egrisq; corporibus per humũ serpentes re sũptis q̃ eis labentib⁹ deciderant armis nouũ pugne ge= n⁹ instaurarũt & ꝑtereũtiũ equorũ quinetiam & militum

Fuxij vir= tus.

Petri na= uarri ad suos ipro perium.

Victoria ad nr̃os declinat / & nauar= r⁹ capitur

Mira sau= ciorum re bellio.

tibias succidaneis vulneribus infestauere donec obtriti demoliti conculcati oppressiq; languentes animas expirauere. At qui nec vulnerib⁹ fessi/nec viribus exhausti/integrum adhuc robur retinuerant aut qui primo impetu trepidiores latuerant: omnes congesti nouam phalangem adstruxere. Hos magnanim⁹ conspicit fuxius ebuliens/victor/et martio furore adhuc incādescens. En ait et hispanæ mule adhuc recalcitrant. Cui allegri⁹ qui adolescentes animos satis nouerat(vt iam confertos hostes inuasurum videt)exclamat. Quo periture ruis inclite princeps. Quę te furię exagittant: vicisti et victis desperatisq; lacerandum temetipsum crudelis offers. Circunspice obsecro: vix ex toto exercitu decuria tibi adstat. Quid i tantam hostium aciem: subsiste paulisper donec palicius reliqui heroes ac victrices copie aduenaiant: quo hi nullo periculo tutiusq; deleantur. Recte mouentem obaudijt et frandens in hec verba (ergo cunctantem victoriamq; palicio seruantem conspiciet hostis. Dij meli⁹ intrepidam suscipiant animam)in densissimam aduersantium turmam se coniecit. Haud aliter tumidas in columbas regius seuit ales quam mauorti⁹ princeps hostile; vi opprimit interimit/cedit/laniat obruit/deturbat/altior morientium gemitus et languentium ferit aurea sydera clamor mouit allegrium ac comites cœlestis immortalis q; fuxij magnanimitas adeoq; impulit vt salubris consilij immemores haud ancipitem mortem lubentes subierint vnoq; impetu in hostes irruerint. At illi vbi tā exiguum omniq; auxilio destitutum manipulum vident aperta acie orbiculati in centralem vterum recepere conclusere et emin⁹ lanceas/fustes sagittas iaculantes primum equos interemere dehinc diutina fessos pugna semideos heroes oppressere. Sic inter mortuoru; ingētes hostium aceruos illustris ille fuxius diuiniq; viri occumbentes melioris vitę ortum quęsiere. ambigeret hic animus(si historię lex sineret)neuiæ an triumphi potius ca-

Alegrij ad fuxiu; monitus.

Fuxij & sociorum mors.

prostitui posse cupidius auet: æqua statera & precio & stulto desyderio priuatur. Eia agite milites cernite conspicite pensitate quid a vobis perpetuus obstinatissimæ expostulat hostis. Amicitiã cupit vestrã: quo intemeratam vestrę fidei gloriã incestuoso precio deuirginet: societatem queritat: quo vestri summam decoris perpetua nota inficiat: victoriã mercatur: vt (quos armis inuictissimos nouit) auro superasse glorietur. Quid tandẽ iniquum fœdus vobiscũ ferire tentat vt insubrię abeuntes sociũq; amicum optimũ verũq; principem Maximilianum huncillustrissimũ qui tot & tanta in vos remq; publicam nostrã contulit beneficia turpiter deserentes: eiusq; innoxiũ sanguinem vili prodentes pecunia: inglorij/ perfidi/obscuri/infames/periurij/fœdifragi/dijs hominibusq; inuisi patriam repetatis. Hæc est illa optatissima pax/hæc amicitia/hæc societas/hæc victoria/ hoc deniq; fœdus. Ecce ignauior hostis celebres iam parat triumphos: quibus fidem/integritatem/puritatẽ/famã/ virtutẽ/ Heluetie magnitudinis captiuas ducat. Ecce pollicitum vobis aurum imprudentior mittit. Ecce vos rectitudine vendita vecorditer abscessuros speculatur: quid o milites. Accipietis an refutabitis perpetui dedecoris arrhã sanguinis Sforciadæ preciũ/& æternam patrio splendori nubem. Ha milites sentiat hostis se in casses quos tetendit incidisse vtq; incorruptos nec inuiolatæ fidelitatis vestræ lenones vos intelligat: retortosq; in auctoris caput dolos ingemiscat: iubete aurum illudq; ferentes detineri concurrite fortibus armis. Victoria.n. in manu est dum segnis nil metuit dum pacifidens vino somnoq; indulget: dum inermis armatos decipere tẽtat Ecce sui regulis imperij gazas dominia/ agros/ vrbes/ opes delitias huius excelsi principatus iam partitur dispensat pollicetur. Opprimite o milites vanũ rei nõ suæ datorẽ: confringite credulos rei alienæ fellatores: pressferitis etenĩ (cernite vt aurati phalleratiq; sint) omne frã

eorum robur: domueritis fastum: vim superbiãq; perfregeritis: opes immensas immortaleq; decus ac patrię perpetuam laudẽ quesieritis: nec quod contra ius p̃stitistis iusiurandũ mentes vestras fascinet. O milites vt (quod sine æternæ salutis interitu seruari non potest iis patrum decretis credimus) minime seruandũ sit eã potius quã huic super inclito principi iurastis fidem illibatã custodite / amicum defendite / inimicũ obruite / insontẽ protegite / violatorem perdite / verum hunc principẽ sustinete / tyrannũ propellite. Sic eñ & magnificos (ęquissimi principũ censores) maiestatis vestrę titulos incõcussos ostẽdetis: nec temerandã aut triumphandã vestrę dignitatis amplitudinẽ hosti prostituetis. Hęc fatus vbi nil nisi pugnã aurũq; famescere videt nõnullos se legit qui ferẽtes carauasiũ. (Is.n. locus numerãdę pecunię designatus fuerat) cũ auro interciperent captiuosq; adducerent Reliquas aũt copias triplici agmine in patentes cãpos explicar. Vix semiprodierant exploratoribus nostris patuere qui celeri equo Francisco regi Borbonio ac Alẽconio id renũciãt iussere illico vniuersum exercitũ armari tripartita etẽm erat acies anteriori p̃erat Borbonius medie Franciscus posteriori Alenconius quos vbi Franciscus rectis ordinibus instructos videt armatus insigni insidens equo principibus militũq; tribunis in concionem aduocatis in hanc orationẽ cœlestia labia aperuit.

Francisci regis ad milites oratio.


PRæcellens ille artifex Euphranor principes illustrissimi vosq; fidissimi commilitones dum Athenis bissenos pingeret deos neptunũ Iouiali maiestate augustiorẽ fingere nequitq̃ nixus est: aperteq; intellexit naturę potentiã suarũ emulã virturũ artẽ sępissime vincere: & fessam irrito labore dimittere. Nã etsi thersitẽ peritior enutriat chiron iri achilleas vires nunq̃ formabit nec eacide arma patroclo victoriam: set preceps fatũ attulere. Quis pugnacis equi animos aut dexteritatem appulleij aut luciani aureis asi

nis magicos potus prębuiſſe contendat.Quippe nec ætate nec ingenij viribus reluctans naturę numen fixaq; lex immutari aut velli vſq poteſt. Et tñ credula ſimplicitas nos eo deduxerat milites vt in inſidis fidē/in hoſte amicitiam/in degeneribus animis nobilitatē/in fœdifragis fœdus/in barbaris ſocietatē/in mortifero angue pacē/in crudioribus vrſis clementiā/in hoſte virtutū ſeduneſſ aſino ſinceritatē/toto ſtudio/cura/mente/ſollicitudine gratia/benemeritis/aureiſq;(vt aiunt)mōtibus concreaſſe ſperauerimus.Certe obſtabat ingenite genius perti nacię.Ecce violata fide/ſpreta amicitia(reiecta nobilitate/rupta ſocietate/temeritatis fœderū ſacris deuorata clemētia ſtuprata ſynceritate(auro tñ dolis emūcto) inſidiās coluber mortale virus expuit:vrſin⁹ furor rabidos morſus acuit:ignauior aſin⁹ calcitrat: & barbara obſtrepit violētia.Ecce iā portis erūpunt:& in nos pacis lilia fidei columen amicitię robur equitatis azillū nobilatatis ſpicimen/pſidi latrūculi feruntˀ.Credo equidē com militones deos france maieſtatis tutelares hoſtilis vlto res ipietatis id voluiſſe quo fecūda iimico ſpōgia cruore cōprimeretˀ ex qua purgata ſauie vini manarent colo res qbus adamātinis ętemi triūphi tabellis viuax & indelebilis phama perēnes iperituroſq; titulos(nō protogenea aut nealtea dextera ſet diuino pollice)vobis ſculperet pingeret.At nē credite milites tales ſine ſpinis roſas aut hāc ſine ſudore gloriā vobis parari.Cernite non gē mis/nō auro/nō obſequijs aut officijs vobis offerˀ forti bus animis inuictis pectorib⁹ interrita mēte idefeſſis manibus.Quinimo proprio cruore ipſaq; vita; emēda ac q̄renda eſt.Cernite cōmilitones qbus cū hoſtibus nobis negociū ſit cū indomitis heluetiorū vrſis: cū verſutis hiſperiarū vulpiū dolis:cū mortiferis inſubrū ceraſtis/acrior mea ſententia pugna eſt:ſet in vrſinas (ne mordeāt) fauces chalcantū adhuc vobis ſupereſt.O milites qdra uennatenſi agro ex manātib⁹ hiſpano ſanguine fontib⁹

purissimis abdue vndis miscuistis: pendētvestris adhuc humeris vlpinę exuuię q̄ pristine cladis memores illas a vobis arceāt: nec nobis hercule ꝓgenitis victrix dextera deest q̄ rediuiuos post tot vulnera angues ab incunabulis supasse didicit. Ecce milites bellica pallas adest q̄ vos prudētię cultores nō incōsultā dolosāq; hostiū turbā sacro egide ꝓtegat. Ecce nobilis mauors ignobiles aios perosus vr̄ęq; ingenuitatis ppetuus ꝓtector terribilis curru vobis aduolat. Ecce iuppiter optim⁹ maximus scelerū vltor claro numie vobis arridet: ecce phœb⁹ ip̄e apollo coruscās radijs iubar in tenebrosos veritatis osores ardētissime torq̄t: qn poti⁹ Ecce milites xp̄s saluator ęterni patris fortitudo xp̄ianissimis pp̄lis in fidei sacrorūq; temeratores fortes aios/ solidū robur/ ifractasq; vires mīstrat telis freti auxilijs: vbi cœli vobis militāt: qd vobis timēdū est: falsi qd poterūt assertores (q se correctores principū nobilitatisq; domitores iactāt) in vos liligere coronę ppetuos vīdices & iexpugnatas nobilitatis dexteras: an ne mēticijs titulis vos terrēt: aut nūq̄ extinctę vr̄ę virtutis laus iprobitati illorū cessura est: ne sinite o milites partā tot sudorib⁹ gallico noī gloriā ab inglia gēte cōculcari: ne sinite pr̄ios decores ab idecoris fędari: ne sinite q̄so celeberrima frāce fidelitatis p̄conia abrogari: ne sinite tādē vr̄ę dignitatis apicē ab idignissimis latronib⁹ obrui. O dij imortales vicim⁹ iā fractos cōspicio hostiles mot⁹: video mediussidi⁹ vos oēs hilares lętos/ iucūdos/ intrepidos/ audētes/ gestiētes/ martēq; totis animis capescētes/ affectātes/ ardentes. Certe res in portu est. Concurrite/ obruite/ cedite/ triūphate: spoliate: vt nec nūcius quidē host i superstit: vix finierat vniuersus exercitus viuat rex viuat rex cōclamauit. Ipse vero celerē caduceatorē (qui sabatēsi auūculo eiusq; comitib⁹ q aurū deferebāt hostiū dolos vtq; obliquo itinere redeāt nūciet) e uestigio destīauit leniq; gradu vniuersos copiarū suarū cuneos obeq tat circuit trāscurrit pscrutat̄

nunc hunc nunc illũ placido vultu cõpellans dextrã inſi gnem porrigens ſalutans amplectẽs animãs ac pleroſq; equeſtri munere donans. At vbi nil inordinatum ait la bans vidit in ſecundã (cui pręerat) aciem ſe recepit. Et ecce ingenti fremitu ſigna canunt: nam terribili impetu rugiens violentuſq; hoſtis Borboniam aciem miſſilibus iaculiſq; iam inuaſerat. Extemplo bellicarũ boatu machi narum / acriori clangore tubarum / magnanimis militum cohortationibus / alacrioribus ſonipedũ hinnitibus / ſau ciorum morientiumq; gemitibus tumulantibus ferientiũ ictibus / cœli / terrę / maria / miſcentur. Puluere ſulphureo q; fumo concreta nubes pugnantibus ſuauem ſpiritum / diemq; tenebroſa caligine fere aufert: & altiores effuſi ſanguinis omnes ſcaturiunt / manant / ebuliunt. Primam in hoſtium frontem Borbonius eiuſq; germanus Franci ſcus Caſtallerandi dux ſuper inclitus Taillimontis prin ceps Latrimollij haud dedignanda progenies: Sancer rus comes Imbercurtus Moyacus Deſtangius viceco mes cuneati ſeſe accingunt fulminant torquent. Quos omnis primæ aciei tum equitũ tum peditum phalanx ſe cuta primo congreſſu hoſtẽ ad deſperationẽ fere perter ruere & in fugã vertere: ſet Borbonius (affectatã conſul to hanc ab hoſte fugã quo noſtros rupto ordine palãtes in anguſtias deducerent prudenti animo ſuſpicãs) ſuos ſubſiſtere coegit: nec mora conglomeratus hoſtis non in Borbonios equites ſet Francorũ germanorumq; pedi tum quos lanſchenetos prẹſens ętas nuncupat cuneos. vnde machinę illos infeſtabant impetũ fecere iactãtes improperãtes vociferentes ſe cũ rege quidẽ amicitiam fœduſq; inijſſe. Quo lanſchenetos prima acie deſertos interimẽdos proderet / deſtitueret / & ob id ſe cãdidulas cruces pro pectore geſtare: vt amicos regis eſſe palã fa cerent. Hoc perditorũ murmure (etſi borbonius ꝓ virili adiuraret hortareſq; ne tam improbe ignaniterq; hoſti ſuccũberent aut ſimplicius crederent) perculſi tñ tũ Ger-

Sanctæ Brigidæ pugna.

mani: tum galli pedites immo et maxima equitum pars cedere et ad fugam spectare cepit. Eo insultu Francisc⁹ Castellerand⁹ dux & pleriqȝ alijs proceres ab hostib⁹ eir cũuenti strenue pugnantes cesi sunt. Id conspiciens Frã ciscus secunda acie (Boysiaco castillonoqȝ illustrib⁹ viris credita) cum nonnullis e fidioribus aulicis in anteriorem germanorum peditum ordinem aduolauit Ecquid inquiens amici quis pauor quæ ignauia aut trepidatio vos inuasit hæc ne est pollicita amico regi fides Ecce ego ipe vobiscum aut moriturus aut superaturus hostem adueni. ne credite inimicitiæ versutiæ quæ nil ꝑ terquam mentiri fidemqȝ frãgere didiscit: videbitis an ego vestri sanguinis sim proditor sequimini ꝑeuntẽqȝ aperto Argumento nil in vos fidemqȝ vestram conspirasse iam perspicere fas est. Hæc fatus equo desiliẽs pediti (qui proximus forte fuit) hastam extorsit et medios in hostes magnanimus frendens / concutiens / sternens / obruens / conculcans / occidens / diuellens / rumpens / dissipans / sese immersit sensere protin⁹ nostri iouis iras fulminantesqȝ lacertos inimici: nostri vero tam presentissimo numine conciti resumptis animis exutoqȝ falso suggeste proditionis metu ducentem deuȝ secuti acrioreȝ pugnam instaurauere pluunt grandinibus crebriores sagittę ignitiqȝ tormentis excussi lapides / tanta vndiqȝ clades / tam atrox iniuria / tam obstinate mentes / tam inscul ptą medijs cordibus odio vt nec canẽtia receptui signa vtram gentem pugna auellere potuerint. Quinetiã nec demerso ĩ ceruleas occiduę ethios vndas apolline (quã diu bicornis delia vmbrosum fulgorem præbuit) intempestam vsqȝ noctem pertinacissime dimicatum est. At vbi omne celi lumen in tenebras versum est / non in castra aut tentoria abiere: sed eo ipso quo nox eos ceperat loco vtriqȝ populi armati ipsiqȝ equites equis insidentes pernoctauere. Hic mira constantia inaudita prudentia: admirabilis strenuitas inuicibilis patientia celebranda:

Frãciscus castellerã di dux cũ plerisqȝ ꝓcerib⁹ occiditur.

Vide frãcisci regis egregiuȝ facinus.

Crudelis pugna.

q; pluſq̄ meonio alitę fortiudo ac cœleſtis Franciſci virt⁹ apparuere / qui & ſi tantam bel li mollem / tot ſudores / tot q; hoſtium(qui in ipſum vnum ſepiſſime concurrerant) violentiſſimos inſultus indefeſſus / perdiuſq; ſuſtinuerat Peditum tñ inter excubias fere pornoctauit ne c(cui pau lulu; ſe dedit)niſi armatus curuliſq; machine temoni ac cumbens quietem cœpit idem Borbonius Alenconi⁹ ac ceteri heroes eius exemplo tracti fecere Poſtera phœbeos ſplendens aurora iugales: iunxerat eoas vix pandens roſidas portas. Ecce in furentia martis ſtudia proni Franciſcus Rex Borboniuſq; primam aciem in hoſtē concitauere quem non ſegnem non ſomnolentum nō victum / non fractum / non deniq; pauentem : ſed recentē / rebellem / pertinacem / pugnamq; horrendo clamore ciẽtem inuenere. Crudior inſtauratur cedes: aſperior cōſurgit tumultus : acrior exoritur vis. languentum / & morientium gemitus / planctuſq; imis ducti pectoribus creſcunt nulla pietatis / nulla amicitie / nulla pacis veſtigia / Efferi ambo exercitus aut mortem / aut victoriam appetunt illa pleroſq; occupat : hæc incerta ſpe vtroſq; paſcit. Dilate ſpei faſtidijt Franciſcus vtq; leo ſænæ ſtimulatus verbere caude in denſiſſimos prorumpens hoſtes exclamauit. Gloriabitur ergo hoſtilis peruicacia(vl tra acheoli vires) trinam ſuſtinuiſſe oppugnationem: fregimus pluſq̄ humanam eius primi congreſſus audaciam : ſuſtinuimus ſerpentinos(Dum tortuoſo irrepſit cal le ſeditioniſq; virus nos euomuit)eius dolos: ecce taurino tandem robori fidens adhuc viciſſe ſperat. Adeſte O ſocij dementis extremeq; ſuperbię hęc cornua trunca hoſtium fronte reuellamus. Hęc ſimul dum iratus intonuit. Quicquid obuium coſpicit deturbat compactas haſtarum ſiluas infringit : ſtrictos aperit cuneos: ſauciorum aceruis ingentes campos ſternit : quem Borbonius totaq; acies / infenſis animis ſecuti ad primum lapidem hoſtem inſigni ſtrage cedere coegerunt. Id ſe-

Die ſcđo pugna crudior inſtauratur.

Franciſci regis vehemēs exclamatio.

dunenſis Cardinalis. Et Ioh. Galleacius vicecomes cō⸗ſpicientes (vbi fruſtra ſiſtere et pugnam integrare niſi ſunt (ignaui prepetibus equis mediolanum cum omni equitatu ſalutem fuga quæſiere illis abſcedentibus. reliqua acies bipartita anhelanti curſu pugna declina⸗uit Alteram perſuaſo prius Franciſco ne victum fugi⸗entemq; hoſtem præter regium decus ſequeretur Bor⸗bonius totaq; eius phalanx proximam vſq; villam (cui Geuille nomen eſt)fugauere. illicq; ignaniter latebras queritantem aut vulnenbus laceram / aut ſuppoſitis flā mis torrefactam deleuit. Alteram quæ ſimulatis can⸗didis crucibus ſecunda; noſtrorum aciem preterlabēs in poſtremi agminis Alenconijq; oculos inciderat. De tectis dolis Alēconius inuaſit / fudit / fuſamq; perſequu tus :' nec nuncio quidem ſuperſtite extinxit : ſic victi qui ſe inuictos gloriabantur : ſic domiti qui principum domitores ſe iactuoſe predicabant: ſic fracti fidei fra⸗ctores: ſic regidam nobilium ſubiere cenſuram: qui cen⸗ſores nobilium ſe inſcribebant duo et viginti milia ex eis cæſa. Ex noſtris duobus milibus deſideratis : eſt ta⸗men aduenieus illuſtris Aluianus veneti auxilij dux ple roſq; e noſtris fugientes qui victum Franciſcum nun⸗ciabant offendit. Quos aſperrime increpatos pedem referre coegit dicens inuictum eſſe Franciſcum quan⸗do ſua acies adhuc integra eſſet. Et inſtructo agmine animantiſq; profugis in pugnæ campos ſigna direxit Vbi hilari vultu victori Franciſco gratulatus ſuæ tamē ſorti maledixit : quod ſcilicet ea victoria ſe abſente cō tigiſſet : ſed innata id modeſtia dicebat Aluianus : vt qui externæ pugnæ celeri equo ſuos precurrens adfue rat et egregia virtute abſentis auxilij deſiderium ſup⸗pleuerat illincq; noctu ad ſuos reuertēs tam celeri greſ ſu exercitum duxit vt anteaq̄ tuta adhuc eſſet victo⸗ria / a Laudenſi vrbe / quæ ad vigeſimum miliarium

Aluiani cū venetis auxilijs aduentus.

Aluiani virtus.

diſtabat auxiliaris ad fuerit/laudauit(nil mirum)grati ſſimamq; habuit Franciſcus aluiani militarem ſolertiam. Et lautiſſime donatu; amplexatumq; in hyſpanos(qui pugna fugierant) citiſſime cum venetis copijs moue re precatur paruit Aluianus: ſed dum properat febre correptus vniuerſe carnis viam ingreſſus eſt.Indoluit a mici ducis caſum Franciſcus ſed natæ ei filie nũcius qui a Iohan.Parthiſio vnico noſtre etatis apelle fictam effi giem ei attulit hunc mœrorem abſterſit: At mediolanẽ ſes vbi cladis nuncium accepere eueſtigio legatos q re gis iram frangant mittunt.Quod et ſi in iniquitatem pfi diamq; tam ſepe recidiuis nullus veniæ patere debuiſſet locus inuenere tamen victorem clementiſſimum qui le uit et pecunia multatis omnem culpam remiſit. Et rece pto fidelitatis ab eis iuramento Aubiniacum vrbi præfe cit .nauarrumq; quem carcere liberarat .Ad oppugnan dam arcem deſtinauit ipſe vero poſt aliquot dies tici num petijt recte exegit prouinciam Nauarrus licet em Arx inexpugnabilis videretur tonantibus tamen tormẽ tis ſubterraneiſq; cuniculis fundamenta eius adeo con cuſſit vt iam tota labaret.Terruit Maximilianum ſforci am inſuperata vis ac machine ineuitabilis nouitas hinc eſt Cardinalis Sedunenſis et Iohan.Galleatius viceco mes ad Maximilianum Cæſarem abeuntes auxilia pro pediẽ ſe ad ducturos promiſiſſent veritus tamen ne(ſi p tinacius expugnationem ſuſtineret expectaretq;) pater nam captus ſubiret calamitatem ad Franciſcum ſuppli ces dat litteras quibus ſe cum arce(ſi eius gratia; victis etiam promereri licuerit)In regias manus venturum ſi gnificat lectis liberis Franciſcus Antonium a prato(quẽ a primario Parrhiſij ſenatus preſide. ſui imperij preſidi archam(cancellarium noſtri vocant) virum omnigene peritiæ Apollinem vbi primum regius apex ei ceſſit crea uerat:inſigni aulicorum comitatu; caterua illuc delega uit.Qui gentili trifolio omnem colubri maliciam fugãs

Nuncius primogenitæ natæ ad franciſcũ aduolat.

Iohãnes parrhiſi⁹ illuſtris & alter apelles puellæ regiæ imaginẽ finxit.

Franciſci victoris clemẽtia.

Antoni⁹ a prato cãcellarius.

illum dedita arceticinum ad regē Herculē fortunatior adduxit āguem nempe nisi interimens ille nunq̄ vicit: hic vero colubrum hunc lerueabellua crudiorem nō modo superauit sed posita feritate victaqȝ natura/mansuetuȝ/placidumqȝ inter lilia oblectari/& viuere coegit.excepit serena fronte Maximilianum Franciscus regijsqȝ muneribus onustum & assignata ingenti anima pēsione mortimario heroi in gallias ducēdum commisit. Eo abscedente Franciscus mediolanum petijt triumphansqȝ vrbem īgressus pristino decori restituit sonatum Iohanne a sylua preside constituto ordinauit: insubriamq; monarchiam tam prudenter solidauit vt et celebris victorie fœlicitas:regieq; prudentie, et equitatis splēdor vniuerso orbi illuxerint: ipsumq; leonem pontificeȝ maximuȝ(qui eatenus gallico nomini aduersari visus erat) adeo immutauerunt vt (supra Francisci amicitiaȝ)optauerit: nihil eapropter ad eum dedit litteras:quib⁹ se boniam venturum significabat:et vt illuc proficisceretur paternam accepturus benedictioneȝ obnixe orabat. Gratissime fuerunt Francisco pontificie littere quas & p caduceatores tubis canentib⁹ publicari & vniuersos sue clementie militantes exequendis pontificijs mandatis in octauum diem presto esse iussit.interea (dum quisqȝ operi se accingit)Leoni se propediem venturum rescribit:letus pontifex properauit bononiam:idem & Franciscus religioso ȝelo tractus exegit Admissus ad apostolicum senatum magna sui stemmatis procerum cict⁹ corona pron⁹ pontificem adorauit verumq; ecclesie filium his verbis est protestatus.Si pulsatus epaphi iiurijs phęton apollineos ortus(parentem difficili munere probaturus)visere aliquando meruit Eo iusti⁹ mea humilitas Beatissime pater ad diuinitatis tue sydus(cui omis celorum virtus creditur)decurrerit vbi nulla iiuria/nulla generis suspitione stimulata vnicum te/verumq; genitorē syncera fide confitetur.Et si ille israel mentita venatio

Maximilian⁹sforcia cū mediolanēsi arce deditur.

Franciscus regis ad leonē pōtificē maximū orō

ne que paternam preripere potuit benedictionem: quã meliori iure(pulſo inſubrie tyranno)venata; helvetijvt ſi gloriam tuę ſanctitati offerens ſacratiorem expoſcere ſanctificationẽ mime erubueri: ecce ſctiſſime parens nec precaria pelle ſed inuictis armis)hæc dextra tegit: quæ lapideos induratorum aceruos hoſtium tuo culmini inſi diantiũ profligare/et obruere queat. Ecce quam eccle ſia genitris tui conſcia guſtus hedina; ſimplicitatẽ: hũc Primogenitum tuum offerre tibi iuſſit filialemq; obediẽ tiam proſtratus/ſupplex/humilis/procumbens/ dedit⁹ deuot⁹ ſacroſctẽ magnitu dini tue affero: ecce nectareũ catholice vnitatis et confeſſionis vinum quo te ſummũ in terris numen chriſti eiuſq; apoſtolorum vicariũ vene reor cofiteor & adoro/ pura mente/ſincero ſpiritu /inte gro pectore/toto corde/tue amplitudini letus propino. ecce fragrantis fidei veſtimẽta(quibus franci reges ſem per ornati chriſtianiſſimos titulos a tua ſede promerue= re.Nos cœleſti gratia largiente decorãt .Benedicat igi tur mihi anima tua foueat filium paternitas :ſanctificet deuotum ſanctitas. Et dextera in te ſperantes protegat et defendat: ſic loquentem miratus leo ; eiuſq; diuinam proſperitatem: celeſtes vultus /æthereos oculos / melli tam facundiam/ingenij apice;/ obſtupeſcẽs in extaſim raptus diutius Rñſu; diſtulit tandẽ dato paterno oſcu lo et lateri confidere iuſſo arridens ſilentium ſoluit.

Pontifex franciſco rñdet et bñdixit.


Em æquam tuęq; debitam ſerenitati chriſtia niſſime ac dilectiſſime fili expoſtulas qui tam benignum erga nos ſedemq; apoſtolicam te exhibes. Quam igitur Abrahe yſaac et Iacob dedit dominus benedictionem tibi largiatur diuinęgra tię ros tibi ſcaturiat: frumentum ſinceritatis/vinum con ſolationis/oleumq; ſanctificationis/in pinguedine fru= galioris terre tibi abundet: ſeruiant tibi populi/ et ado= rent te tribus. Eſto dominus regum fratrum tuorum/ & incuruentur ante te filij matris tuę ecclefię. Qui maledi=

xerit tibi sit maledictus: et qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouelle oliuarum in circuitu mense tuę. Constitues eos principes super omnem terram: et videbis filios filiorum tuorum pacem super israel. Hæc locutus iterum dato osculo letissimis vlnis amplexus est: ipsosq; omnes proceres paterna affectiõe excepit: quid plura: aliquot dies apud pontificem Franciscus fuit semper tam placide habit⁹ vt eo inscio ille ageret nichil. Quinetiam (vbi de pragmatice sanctionis dissidia transactum est) Adrianum Boyaci Germanũ rem Francisco gratam facturus inter Cardinales retulit / ipsumq; Franciscum primariã ecclesie filium augustũq; declarauit: re sic apud pontificem et pientissime et religiose gesta franciscus (relicto Borbonio in subrijs prorege) gallias repetijt. Vbi dum votis (quibus tenebatur) se soluit mors ferdinandi Aragonij hyspanorum regis ei nunciatur. Sed nec ea territus Maximilianus Cæsar conflato ingenti exercitu Sedunense Cardinale id procurante) per veronensem agrum in subriam irrepsit in temerarium hominem Borbonius quantas ex presidijs congerere potuit copias duxit: sed dum pugne impar se accingit Audijt mediolanenses ad defectionem spirare. Eapropter mutato consilio mediolanum regress⁹ conspiratorum nonnullos vltimo supplicio affecit nonnullos in carcerem trusit. Sicq; in fide prestare vanam gentem compulit: sed Maximilianus abscedente Borbonio factus elatior in mediolanẽsiũ agros peruenit vrbemq; obsedit verũ (vbi audijt ab helvetijs qui post pugnam in francisci verba iurarant Auxilia Borbonio aduentare) timidus vecorsq; obsidionem soluit. Quem persequutus Borbonius leuibus incursionibus inumeros ex Cæsarianis occidit: sed ille finxit vngarie regem diem clausisse. Regnumq; eius ad se spectare. Ob id mendax / inglorius trepidus / se suis suffuratus in penitiorem

Boysiaci german⁹ ordini cardinalium adscribit.

Ferdinãd⁹ aragonũ ex hyspanorũ rex morit

Maximiliani cesarie mot⁹.

Borboni⁹ cõiuratos cõdignis supplicijs afficit.

Maximilian⁹ fugit.

germaniam recepit.Quem timidior ſiue duce exercitus Pone ſequutus ab iubria euanuit: Borbonius autem mediolanum rediens Lautrecium ſibi ſuffectū vicariū mediolanenſi pricipatui reliquens:i gallias properauit.Et Chamberiaci Franciſcum(qui illuc voto aſtrictus pedes a Lugduno venerat)ipſumq; Carolum Sabatenſium ducem offendit :excepit letiſſimus Borboniuꝫ Franciſcus votoq; ſolutus Lugdunuꝫ et illinc turones venit ad quē a Carolo auſtrio (ad quem Hyſpanorum imperium ſpectabat)oratores venere. orantes(quo firmior iter reges pax ordiretur)vnigenitam Frăciſci Ludouicaꝫ annicu lam adhuc ſuo regi futuram coniugem deſpondi vtqꝫ omīs diſſidia querelaqꝫ tollatur legatos nomonū mitti: vbi et a Carolo venturi ſint legati qui fœdus inter reges ęternum feriant.non diſtulit Franciſcus legationem mittere cuius principes fuere Boyſiac⁹ Pariſienſis pręſul/et Iacobus oliuerius ex parlamenteis preſidib⁹:conueniētib⁹ergo legatis & de expoſcitis nuptijs& parternopeo ac Nauarre regno tranſactum eſt Ob id Franciſcus ſanctorum martyrum corpora more regum repoſiturus fœdusq; cum Rauaſceno pricipe Auſtrij legato feriturus Parrhiſios venit vbi pax quæ ſolidiſſima ſperabatur inter reges iurata et proclamata eſt pacis cōditionib⁹ parlamenteo ī ſenatu lectis & auctoratis. Quietiam franciſcus et auſtri⁹mutuos aureos torques alter alteri dedere Carolus eñ inſignem aureo vellere: franciſcus vero diui Michaelis monile Carolo miſit Conuentum etiam fuerat vt cameraci franciſcus Caroluſq; conuenirent: ſꝫ ille natiuo ingenio ductus(dum franciſcus ſe accigit)ꝑtenſis velis hyſpanias petijt magnuꝫ vanitatis argumētum exhibens illuſus franciſcus Bleſim ambaſiamqꝫ cum grauida coniuge petijt vbi nata eſt ei femina cui Carlothę nomen eſt illic fere annum venationibus dedit⁹ vbi nulla belli ſuſpicio erat exegit.Et ecce nat⁹ eſt ambaſię filius.quem dux Vrbini Leonis pōtificis nepos:& ad id

Cum auſtrio nouū fędus frăciſc⁹ fecit.

Filia iterū franciſco naſcit Delphini natiuitas.

legatus: publica leticiā a sacris fontibus leuauit: Franciscūq; patris noīe appellauit. Ipse vero dux alterā ex natis comitis Bononiensis vxorē duxit quā liberalissime a Frācisco donatus & lautissime habitus in Italiā deduxit. Eo abeunte Franciscus Britonum omnē principatū cū coniuge visit: set interea Ludouica ei⁹ primogenita ad superos migrauit: eius mors a Boysiaco ei nunciata est. Gratias deo oīpotenti egit Franciscus qui fruct⁹ sui primitias suscipere dignatus erat. Dehinc a Britonib⁹ Parrhisios repetijt vbi legatos angli regis qui vnigenitam eorū regis filiā Francisco delphino coniugē offerebant letissimus excepit. Celebratisq; hastiludis festiuisq; & lautissimis cōuiuijs ac pollicitis nuptijs fœdus amicitiāq; cum eis percussit. Et ecce dū letiora sponsalia celebrant Maximilianus Cæsar diem clausisse nunciatur visum est Francisco legatos ad electores mittendos qui cæsarem meritum eligendum procurarent. Inter quos Ioannem langheacum regiarū supplicationū interpretem (requestarū magistros nostri vocant) selegit: quē Ciceromana pollentē facundia ad Bohemorū & Hungarię reges legauit prouirili regios iussus oratores exegere: set electores (nescio quibus auspicijs) Charolum austriū elegere. Franciscus vero dimissis Anglię legatis sancti Germani in laya arcē petijt: vbi natus est ei filius cui Henrico nomen inditum est quē Aurelianensiū ducem destinauit. Illincq; abiens Ambasiā profectus Pictonū vrbes venationibus ocia pellens letissimas visitauit vbi fere octimestri exacto literas ab Anglo accepit qui se eū videre & coram alloqui maximopere desiderare significabat. Ob id Parrhisios Picardiāq; Franciscus properauit vbi tanto apparatu tanto fastum tāq; triūphali pompa ambo reges cum eorū cōiugibus coire vt nulla vnq̄ ętas tā celebria festa viderit aut audierit. Taceo munera immunera taceo splendidiora cōuiuia quę nullus historię apex exprimere posset. Tam iucūde inter se ludentibus regibus

Vrbini ducis nuptiæ.

Frāciscus britanniā visit.

Ludouica Francisci primogenita moritur.

Iniciātur delphini & regis angli vnigenitę nuptiæ.

Maximilianus moritur.

Regū frācię & Anglię colloquium.

pax vniuerſa ſperari potuit præcipue Charolo Auſtrio fœderi cõſcripto. Dij velint vt hę mentes vanis conſilijs nunq̃ varient: & noſtris diebus aurea fœlici ſplendeſcãt tempora vultu. At vbi reges fere inniti vale dicto diſſo luti ſunt. Anglus patriã repetijt vbi Auſtriũ iterum ad ſe venientẽ feſtiuus recepit. Franciſcus vero Parrhiſios & ſanctum Germanũ in laya venit vbi auguſtã fœminã ei peperit: quã Venetorũ legatus a ſacris fontibus leuatã Magdalenã nominauit. Hæc Franciſcus ante ſextũ imperij ſui annum fœliciſſime geſſit.

Iterũ fœmina Frãciſco naſcitur.

FINIS.

¶ P. Fauſti andrelini foroliuienſis poetæ laureati ac regij in ampliſſimo gymnaſio Pariſienſi oratoriã ac poeticam artem profitentis in gallicas hyſtorias ab eruditiſſimo Roberto Gaguino æditas Carmen.

Vt nitidos totum radios diffundit in orbem
  Cum titan puro ſplendidus axe micat:
Hyſtorijs ſic galla tuis monumenta relucent
  Exculte ac breuibus clare Roberte ſonis.
Grandia milleno quis tędia voluerit anno
  Quæ rudis immenſo codice maſſa parit:
Gallia q̃ debet regalibus inclyta geſtis
  Tam debent ſcriptis regia geſta tuis.

¶ [redacted] Roberto Gaguino viro vndecunq; doctiſſimo Salutem dicit.



Vod Francorum regum principumq; res geſtas: idonei ſcriptoris deſiderio: hactenus in tenebris prope ſepultas pedeſtri hyſtoria in lucem efferre atq; immortalitati conſecrare inſtitueris Roberte Gaguine pręcipuum Gallicæ academiæ decus non poſſum equidem iſtum tuũ laborem non magnopere probare. Sumpſiſti enim (immo potius ſuſcepiſti) munus (mea ſentẽtia) pulcherrimum:

& cum omnibus latinarum literarum studiosis: incredi-bili voluptati futurum: tum vero Galliæ tuæ splendidũ imprimis: magnificum ac (vt ita dixerim) triumphale: deniq; tua doctrina: tua eloquentia: tua pietate dignis-simum. Neq; enim vlla te alia causa (quandoquidem ne q; quæstus neq; glorię vel leuis vnq̃ tibi habita ratio est) ad istud negocij capessendum / prouocatum esse facile crediderim: q̃ singulari in patriam pietate: quam & tu: & optimus quisq; semper fecit maximi. Dolebat nimirum tibi (quod ego quoq; mecum interdum mirari soleo) Gallorum virtuti gloriam tam maligne respondere: & qui olim cum Italis factis sæpe contenderint: nunc etiã præcesserint: eos tamen ab hystorici pœnuriam opinio ne ac fama tam longo interuallo consequi. Dabunt Ita-li mihi veniam: si nobis idem videtur: quod Franciscũ philelfum Italum natum non puduit fateri. Extat enim illius ad Carolum regem octaui (opinor) auum epistola: in qua pręter multas laudes quibus Francię regnum pro sequitur: illud quoq; ingenue fatetur. Romanos quidẽ olim pacis belliq; artibus longe omniũ amplissimum sibi peperisse imperiũ: pręterea nõ segnius ingenijs: q̃ prius fecerãt armis cũ grecis contendisse: verũ antiquã illam imperij gloriam: factionibus ac studijs prauis in deteri⁹ prolapsam esse. Contra vero Francię regnũ: prudẽtia re gum: principium fide: ciuiũ concordia: eousq; creuisse: vt iam facile cũ quouis alio christiani orbis ĩperio pos-sit contendere / vel opibus / vel imperij finibus / vel rerũ gestarũ magnitudine / vel regum nobilitate: quos pluri mos habuisse constat non fortissimos modo: verumetiã pientissimos. Quapropter in hoc regno nõ iniuria: sena-tus christianus contra turcorum violentiã potissimũ at-q; vnicum præsidium sibi collocasse videtur. Sed tamen vnum quiddã adhuc tanti imperij maiestas desiderare videbatur. Cætera vel par vel non inferior. Liuio atq; Salustio vincebat adhuc Italia. Nam (vt scite cecinit

Horatius) regum ducumq; bene gesta: q̃tuuis alioquin præclara: aut intermoriantur: aut obscurentur ætate ne cessum est: nisi hystorici eloquentis opera literis (vnicis rerum custodibus cõmendent: perinde gloria apud posteros valitura atq; is qui scripsit ingenio valuerit. Hãc tu supremam prouinciã disertissime gaguine tanq̃ fatis tibi seruatam: velut alter scipio summo omniũ applausu suscepisti: difficillimã plane atq; immẽsi negocij: sed tñ Roberto prorsus aptissimã. Qui ita credam rogas. Cum multis de causis: tum duabus potissimũ ita mihi videtur. Duo sunt eñ præcipua quæ in hystorico probato quæri solẽt. Nempe fides & eruditio. nam vt scriptoris leuitas veris quoq; nõnunq̃ fidem abrogat: ita & grauitas hystoriographi priuata auctoritate rebus ipsis fiduciam quandam addere solet. Vt item narratoris imperitia (vt fidẽ faciat quod ne ipsum quidem potest) tamen res plerũq; per se satis illustres obscurat: imminuit: deturpat: ita docti scriptoris ingenium obscura illustrat: humilia eleuat: splendidis lucem quãdam ac decus apponit. Quoniam vero & fides & eruditio: vtraq; tanta in te sunt quãta in alio nemine: nemo profecto fuit isti muneri aptior: vel istud muneris nemini fuit aptius q̃ tibi vni: qui posses & pro singulari tua grauitate fidem facere: & pro non vulgari eloquentia rem adornare. Iam facile suspicor humanissime Gaguine te subirasci Herasmo tuo: qui laudum tuarum vel tantillum ausim attingere. Neq; eñ me clam est q̃ modesto / q̃ pudenti (ne dicam putidulo) sis ingenio præditus: quippe qui amicam etiã laudatiunculam multo molestius ferre soleas: q̃ quispiam alius conuitiũ ferat. Sed obsecro te dato hanc veniã meo in te amori: vt quæ passim omnes prædicant: fas sit etiam amico meminisse. cui enim tuorũ incredibilis vitæ tuæ: morumq; integritas: innocentia: grauitas non est spectatissima. Vbi gentium non prędicata. Adeo vt non modo descriptis: sed ne de dictis quidem Gaguini vlla possit incide-

re suspicio vanitatis. Adde q cum omnes norint: te Frãcos reges tuo merito semp fecisse plurimi: serijs in reb opera tua persepe vsos te regijs archanis cõsilijsq; sæpe numero accitum, te regio nomine cum apud diuersas gentes: tum apud Italos crebra legatione functum esse facile conijciunt: te vnum Gallorum gesta: & prisca curiosius relegisse: & recentiora exploratius vestigasse. De eruditione porro tua quid ego commemorẽ. Ipsa (quod aiunt) abeunte se prædicat. Testis abunde est hoc celebratissimum gymnasium vrbis Parisiæ: cuius tu florentissima alioquin studia primus latinarum literarum opibus decorasti: pulcherrimoq; incremento eloquentiæ: quam vnam adhuc desiderare videbantur adauxisti. Ipsa testis est Italia: quæ te sepenumero maximis de rebus grauissime differentem audiuit: nõ sine stupore: immo fortassis non sine dolore: q (vt de Cicerone dixit appolonius) eloquentiæ laudem quam vnam adhuc sibi propriam habuisset: videret per te Galliæ communem fieri. Testes sunt literatissimi quiq; nostræ memoriæ scriptores: qui certatim vno ore omnes tuum ingenium prędicant efferuntq;. Quorum nulla prope pagina est: quæ sibi Gaguini nomen non habeat. Testes deniq; sunt vel locupletissimi præsul amplissime / tui libri qui iam per orbem disseminati passim summa cũ studiosorũ voluptate lectitantur. In quibus omnibus tametsi vel oratione soluta vel carmine: non eruditis solum: verumetiã curiosis auribus abunde satisfacias: in isto tñ scripti genere. i. in hystoria (si quid vltra crepidam sutori permittis) singularem quendam ac mirificũ artificem præstare videris: atq; in cæteris quidem plurimos in hystoria teipsum superasse. Tanta est sermonis puritas elegãtia Salustiana fœlicitas Liuiana: summa luculentia: varietas iucundissima: in consiliorũ / rationum / temporũ / cõmoditatis / dignitatis / ac cęterorũ id genus: quæ doctum hystoricum arguunt. obseruatione singulare artificiũ. Tanta est nar-

rationis viuacitas vt res geri nō narrari videatur. Neq; vero deeit dulcis quędam breuitas: quæ hystoricis vt ra ra ita gratissima lectoribus est. Nam bone deus q̄ vastā rerum syluam: q̄ breui volumine: q̄ absolute cōplecteris: & prolixe breuis & breuiter prolixus. Cui igitur non præ clare cum gallicis rebus actū videatur: cui talis pręco cō tigerit. Alexander ille magnus cū ad Achillis sepulchrū peruenisset. O te fortunatum (inquit) achille: qui home rum tantum poetam laudum tuarū præconem sortitus sis. Et quis Franciā quoq; non fortunatissimā censeat: q̄ Robertum suarū laudum pręconem optimum nacta sit. Quid illi superum benignitate pręstari potuit / pulchri⁹ / magnificentius / diuinius. Nihil profecto neq; tu gagui ne doctissime: insignem tuam erga patriā pietatem gra uiore prorsus argumēto potuisti declarare. Quę tametsi antea quoq; plurimum tibi deberet vt quā latinis merci bus primus ditasses / hoc tamen inestimabili beneficio a deo deuinxisti: vt quantā vis habeat: parem tamen nūq̄ sit gratiam habitura. Quę em̄ statua: qui tituli: quod mo nimentum valeat istius beneficij magnitudini respōde re. Prisci illi maiores suos qui vel imperiū parassent: vel auxissent rempublicam: vel aliter de patria benemeriti essent: solebant diuinis afficere honoribus: titulis in æs incisis honorare: statuis donare aureis. At qui longe pręstantius est: maiorum gloriam ab ortu ad occasum vsq; protendisse: q̄ agrorū limites extēdere. Minus est saxea mœnia: ędesq; vrbanas ab incendio tueri: q̄ optimorum regum ac ciuium gloriā ab inuidis obliuionib⁹ (sic enim appellat Horatius) & interitu vindicasse. Non paulo ma gnificentius mihi videtur patriā optimis literis auxisse / locupletasse / decorasse / q̄ spolijs / q̄ exuuijs / q̄ ceris / q̄ id genus monimentis phalerasse. Nullæ em̄ tabulæ / nullæ ceræ: nulla nummismata: nullæ statuę: nullę piramides neq; clarius indicāt: neq; fidelius custodiunt regum glo riam / q̄ hominis eloquentis literæ. Post hac Gallorum

gloria/quæ hucusq; tanq̃ angustijs inclusa delituit: fulminis instar emicabit: & gallo quidem cãtore: sed (quod pulchrius est) Romana tuba decantata omnium regionum aures personabit. Omnibus illa terris: vrbibus: gymnasiis: legetur: celebrabitur: cantabitur: nec Gaguini beneficio vnq̃ interire nouerit immo cum ætate vsq; succrescet. Amplectere igitur O Francia immortale laudum tuarum monimentum Robertum Gaguinum alumnum tuum immortalitatis tuæ vindicem: ama: cole: venerare. Nos certe & quibuscunq; æregia studia cordi sunt: te præsul amplissime non amare non poterimus: per quem id quod in literaria supellectile præstantissimum habeamus: hoc est hystoriam adauctum esse conspicimus. Vale decus litterarum & meum.

¶ Ad Robertum Gaguynum ordinis sanctæ Trinitatis ministrum generalem. Cornelij Girardi goudensis Hieronymianæ vallis canonici regularis Epistola in laudem compendij eiusdem quod de galliæ rebus accuratissime ædidit.



Egi tuum in hystorias galliæ cõpendium optime pater Roberte Gaguine op⁹ meo iudicio: quod vt tibi non immerito apud posteros immortalitatis nomen afferat: ita & singulis e sua dignitate quum rerum gestarum noticiam: tum militiæ peritiam copiosissime subministret. Nichil in eo legi quod vel expræssius vel luculentius dici potuit: & quod vel omniũ in hystoria maximi facimus: fidem rebus tribuis: ac omnia vt consulta gesta sunt explicas euidenter. Non tuis / non hostibus tua parcit auctoritas. ita singulorum vitia et fractiones / ita singulorum virtutes et strategemata probas vt neq; in exteros

ſtremo quod non minime demiratus ſum: vbi oportune habita occaſione ſiue de cymbris & burgūdis: ſiue de religio ne & eccleſię cerimonijs quid externarum reruꝫ af fers: tam artificioſe excurris: vt tamen inceptę narratio nis textum non confundas neq; aliquo modo abijciēda fuiſſe. ſed eodem propemodum glomere pendentia & fi loprofuſa videanť. Et vt vno verbo complectar vniuer ſa: ita rebus temporū ordinem / locorumq; & perſonarū deſcriptionem. ita verbis dicēdi genꝰ mō fuſum mō col lectum: ſed nō ſine mirifica ſuauitate accommodas: vt nichil ſit quod legentem nō ſumme delectet / et tuam in genij facilitatem incredibilemq; memoriam oībus p̄di cet et oſtēdat. parcius te laudo candidiſſime pater q̄ di gnus ſis. tum ꝙ primarias tuæ laudis partes meus heraſ mus: illo ſuo facundiſſimo ore occupauit. tum ꝙ tuis ex litteris (quę tua modeſtia eſt) tuarum laudum: te impatiē tiſſimum eſſe intelligam. Scribo tamen hæc (q̄tulacunq; ſint) ne amici mei aut eum me eſſe garriant qui vere iudi care non poſſim aut certe adeo malignū vt laudare non velim. Vale.

¶ In laudem operis Epigramma Cornelij Girardi. In quo ipſum librum quid in ſe contineat / & de fide rerum quid promittat loquentem introducit.

¶ Ad lectorem Liber in perſona Cornelij canonici re gularis.



Oſſe cupis lector quo Gallia creuerit ortu
Et quibꝰ ad ſummū eſt regibꝰ aucta gradū:
Quis dn̄i cultū / quis cœperit oppida muris.
Cingere / & eccleſias rite dicare ſacras.
Quid pax acumulet: quid martius excoquat horror.
Et quibus hic cœpta eſt religio ipſa viris.
Me lege: me placido cōplectere mētis amore
Nam cano liligeri fortia geſta troni
Olim qua Tacitus placuit / breuitate vigemus
Atq; Titi nobis iam prope ſplendor adeſt.

Nullaq; principibus tam formidata togatis
Gens capitolinas toties obsederat arces:
Vnde auro pelli poterat non viribus vllis.
Scilicet in somnis morat perducere noctes:
Atq; assueta malo: patiensq; algoris & æstus
Prima per imbriferas sese traduxerat alpes.
Protinus & parthos bello domitura feroces
Subq; iugum graios victrix missura superbos.
Vnde gerit mixtum nunc gallogrecia nomen.
Nec tamen antiqua superis deuinctius vllum
Religione genus: nullum obseruantius ęqui.
Nullumq; excultis tam pręstans moribus or tuȝ est.
Sed neq; sacrorum reseranda occulta prophanis.
Aut populo fixis duxit pandenda tabellis.
Ne torpore graui iuuenum mens victa: librisq;
Freta aspernetur sacros ediscere ritus.
Nec sua nobilibus pręconia fulta triumphis.
Et clarum facinus memori mandare poetę
Gestijt. aut docti scriptis concredere cadmi.
Scilicet egregię contenta egisse: diserte
Dicere neglexit: donec vi martis & equi
Octauum inuiti carlum coluere latini.
Parthenopeq; suū dominum agnouisse coacta est.
Teq; decus nostrum pulso lodoice tyranno.
Insubres verum dominumq; ducemq; salutant.
Nunc siquidem altissonę tua fortia gesta camœne
Certatim ad superos tollunt: vnde aurea Fausti
Exoritur veterum nulli cessura poesis.
Quin adeo nostri nitor indelebilis eui.
Primus ab italia linguam transferre latinam
Fœlix: Robertus tua stemmata clara Guaguinus
A proauis atauisq; trahit: prolemq; per omnem
Ingreditur: totam referens ab origine gentem
Et quas quisq; vrbes curua signauit aratro:
Et quibus auspicibus gallorum gloria creuit.

Adde alia egregiæ sexcenta insignia laudis:
Quę bonus exculto Gaguinus codice nobis
Edidit:historiæ princeps & gloria Francæ.

¶Iodoci Badij Ascensij de operis huius accessiõe at q; augmento Ad lectorem:cui salutem dicit: Carmen.



Andide ne dubites iusta ęra reponere lector/
Cultius ac multo ditius exit opus.
Accessere eteniз/quas gallias possidet/vrbes:
Cunctaq; gallorem sub ditione loca.
Flandrorum comites primęua ab orignine ducti:
Atqз alia in proprijs plurima iuncta locis.
Vndecimusq; liber tristi cum funere Carli.
Octaui:& toto funeris officio.
Mœstaqз parrhisijs magni disruptio pontis:
Aduentusq; ducis causaq; Iuliaci.
Quin adeo regum clarissima gesta duorum:
Quorum marte/potens itala terra/ruit.
Ergo agedum reducẽ Lodoicum gallia regẽ
Victorem insubrijs conspice lęta soli.
Conspice censorem specimẽq; lutecia morum:
Et normanne tui per lege iura fori.

¶Pręclarissimum hoc de francorum gestis compendiũ multis notatu dignissimorũ ad ditionibus libriq; vni⁹ ac cessione lucupletatum/emendatum et castigatũ vsq; ad annum domini.M.ccccc.xxj.Impressum Parisius per Io hannem Cornillau/pro Petro Viard in inclita vrbe Pari siensi bibliopola iurato anno/quo supra.sole vero vicesi mam Iulij claudente.


reins.
s.dagobert.
s.charlemaig.
s.loys.
bourgoigne.
laon.
normādie
langres.
Guyenne.
beauuais.
montioye
S.denis.
flandres.
Noyon.
chāpaigne.
Chaalons
tholouze
iusticia
fides
hec sunt francorum celebrāda īsignia regū.
Que dimissa polo sustinet alma fides.
Ro. gagin⁹.